COMPENDIUM ANATOMICO MEDICUM PRACTICUM,

IN

QUO, PER QUÆSTIONES ET RE-
SPONSIONES BREVISSIMÉ TOTA
MEDICINA TRACTATUR
IN
USUM JUVENTUTIS
STUDIO ET OPERA

A: F: LAMBRECHTS
Juris Utriusque ac Medicinæ Doctoris.



HARDEROVICI,

Apud GULIELMUM BRINKINK,
Bibliopolam, MDCCXLVII.

NOBILISSIMO, CELEBERRIMO
AC
DOCTISSIMO VIRO

ERNESTO GULIELMO LAMBRECHTS.

Medicinæ & Chirurgiæ Doctori, Anatomiæ & Chirurgiæ in Gymnasio Indiæ Orientalis Professori ordinario. Mercatori Primario (vulgo Opperkoopman) Fratri suo unico amantissimo, omni amore & pietate ad rogum usque devenerando.

UT

UT ET

CLARISSIMO, PERITISSIMOQUE

VIRO

EVERARDO JACOBO

VAN

WACHENDORFF.

Medicinæ Doctori. Medicinæ Botanices, & Chemiæ in Academia Ultrajectina Professori Ordinario. nuper Promotori su ad ultimum usque halitum Omni honoris cultu & amore prosequendo.

Hasce studiorum suorum primitias

L. M. Q. D. D. D.

ARENTIUS FERDINANDUS
LAMBRECHTS

Juris Utriusque & Medicinæ Doct.



COMPENDIUM ANATOMICO-MEDICUM PRACTICUM. DE REGULIS GENERALIBUS, QUAS OMNINO MEDICUS SCIRE DEBET.

DE CORDE.

Quid est Cor?

COr est musculus robustus singulari membrana pericardium dicta, involutus in medio fere thoracis, inter Pulmones pendulus.

Qualis est Figura?

Conica quasi, pars superior vocatur Basis, inferior Apex.

Qualis ejus est situs?

Horizontalis.

Quibus partibus connectitur?

Per pericardium cum mediaſtino, cum ſterno vertebris, & diaphragmatis quaſi media par dein baſis cohæret cum vaſis communibus.

Quare ſic connectitur?

Ne cor in ſitu ſuo turbaretur.

Qualis eſt ſubſtantia cordis?

Muſculoſa.

Cur Cordi adhæret pinguedo?

Pro eo lubricando, ejuſque motu perpetuo cilitando.

Quid eſt ſeptum cordis?

Id, quod duos ventriculos cordis a ſe diſting

Ad quid inſerviunt columnae carneæ, quibus ad rent valvulæ mitrales & Tricuſpidales?

Partim ut in ſyſtole cordis ejus contractio juvent, partim ut nimiam dilatationem cordis pediant in diaſtole.

Fibræ cordis quomodo ſe habent?

Aliæ ſunt rectæ, aliæ ſpirales, aliæ arcuatæ, obliquæ, aliæ tranſverſæ.

Ad quid inſerviunt hæ omnes fibræ?

Ad valide ſe contrahendum, & circulatio promovendam.

Cor qualia habet vaſa?

C

Communia & propria.

Quænam ſunt Propria?

Arteriæ ſic dictæ coronariæ ortæ ex arteria Aorta mox ſupra valvulas ſemilunares.

Quænam ſunt vaſa communia?

Vena Cava & Arteria Pulmonalis in dextero corde, Aorta & Vena Pulmonalis in ſiniſtro corde.

Quid faciunt coronariae arteriae?

Ad nutritionem cordis perficiendam.

Ad quid inſerviunt valvulæ tricuſpidales ad orificium venæ cavæ ſitæ?

Ut impediant, ne ſanguis ſub contractione cordis poſſit redire in venam cavam.

Ad quid inſerviunt valvulæ mitrales ad orificium venæ pulmonalis ſitæ?

Ad impediendum, ne ſanguis ſub contractione cordis repelli poſſit in venam pulmonalem.

Ad quid inſerviunt valvulæ ſemilunares ad Orificium Aortæ & Arteriæ pulmonalis ſitæ?

Ad impediendum ſanguinis regreſſum.

Ad quid inſervit ſinus venoſus venæ cavæ?

Ad diverticulum præbendum ſanguini venoſo, qui ſub contractione cordis non poteſt cor intrare.

Ad quid inſerviunt auriculæ cordis?

Ad divertendum ſanguinem, cum cor eſt in ſyſto-
le; dein ut vi ſua muſculari ſanguinem pellant, dum
cor eſt dilatatum, in ventriculos cordis.

Quid ſunt ventriculi cordis?

Sunt duo illa cava cordis, quæ ſanguinem veno-
ſum ſuſcipiunt & expellunt.

Ad quid inſervit ſinus venæ pulmonalis?

Ad divertendum ſanguinem pulmonalem, q.
ſub contractione cordis cor non poteſt intrare.

*Quare Auricula dextera, & ventriculus dext.
major eſt ſiniſtro?*

Quia omnis ſanguis, qui ex corde dextero emi-
titur in pulmones, & ibi multum perſpirat,
ſecretionem patitur, hinc non eadem quantit.
ſanguinis, quæ ex corde dextero emiſſa
redit in ſiniſtrum, hinc quoque cor ſiniſtrum ne
tam magnum requirebatur, quam dexterum.

DE PULMONE

Quid eſt Pulmo?

Eſt viſcus maximum Thoracis cor quaſi in me-
dio continens.

Quibus partibus adhæret?

Sterno & Vertebris ope mediaſtini, cum cor.
ope vaſorum pulmonalium.

In quot lobos dividitur?

2.a Respiratio: est actio alternativa Pulmonum, qua inspiramus & expiramus
2.e Inspiratio est attractio aeris per arteriam in Pulmones, ... dilatatio Tho[illegible]

In duos majores, quorum unus dexter, alter ſiniſter.

Membrana externa pulmonis qualis eſt?

Eſt Pleura.

Quid eſt Pleura?

Eſt illa membrana, quæ involvit vel inveſtit internam cavitatem Thoracis.

Quid eſt Mediaſtinum?

Eſt membrana pulmonem laxe ambiens & Thoracem in duas partes dividens, & Continuum Pleuræ.

Pulmo ex quibus partibus Componitur?

Ex vaſis aëriferis & ſanguiferis.

Quænam ſunt vaſa ſanguifera?

Arteria Pulmonalis & Vena Pulmonalis, quæ univerſam ſubſtantiam pulmonis percurrunt.

Quales mutationes eveniunt ſanguini per hæc vaſa unti?

Fit ibi mixtio, cum chylo, chyli ſubactio, & converſio in rubrum ſanguinem, attenuatio, aptitudo ad tranſeundum per vaſa minora, compactio.

Qua ratione hæ mutationes inducuntur ſanguini?

Sanguis dum pellitur à corde dextero in arteriam pulmonalem conicam reſiſtentem magnam ibi debet pati preſſionem, dein cum ſanguis in innumerabiles ramos abire debeat, & ſenſim iterum confluat,

inde diviſio molecularum, & fluiditas naſci deb
Porro cum Pulmo nunquam eadem, ſed ſemp in variata extenſione, hinc quoque vaſa ſanguife vaſis aëriferis adjacentia ſemper aliam & aliam pr ſionem ſuſtinebunt, unde ſanguis preſſionem illa ſuſcipiens ſemper aliam & aliam, attenuari, att nuatus in globulos majores compingi, debet.

Quando ſanguis libere poteſt currere per arteri pulmonalem?

Eo tempore quo veſiculæ aëriferæ aëre ſunt in pletæ, tum enim vaſa ſanguifera juxta Sphæras v ſorum aëriferorum decurrentia libertatem accipiun ut ſanguinem poſſint tranſmittere.

Dum vaſa aerifera ſunt collapſa, tum intercep ſunt vaſa ſanguifera & corrugata, ut ſanguine tranſmittere non poſſint.

Dum Pulmo ſic collapſus, ſanguis, qui eſt venis pulmonalibus, ſic poteſt pelli ad cor Siniſtru ſed ſanguis e corde dextero propulſus in arteria pulmonalem, non poterit pervenire in venam pu monalem.

Unde dependet liber tranſitus per Pulmones?

A juſta extenſione veſicularum aëriferarum.

Quæ ſunt vaſa aërifera Pulmonis?

Sunt propagines aſperæ arteriæ per univerſu pulmonem ſe diffundentes, quæ aëre ſub inſpira tione extenduntur, & in ſphæricam figuram co vertuntur, ut juxta ea decurrentia vaſa accipia libertatem.

Quomodo vocatur Aſperæ arteriæ initium?

Larynx.

Quom

Quomodo apertura laryngis appellatur?

Glottis, quæ tegitur Epiglottide. hæc Glottis & Epiglottis varios habent musculos, quibus angustari & dilatari possint.

Ex quibus partibus Constat Larynx?

Ex quinque Cartilaginibus.

Qualis est membrana, quæ laryngem investit?

Membrana valde sensilis plurimisque osculis perusa, quæ liquidum lubricans emittunt.

Ad quid inserviunt Copiosæ glandulæ ibi sitæ?

Ad liquidum mucosum secernendum pro tota Asperia arteria lubricanda.

Ad quid inservit sinus Laryngis, qui intus super lottidem extensus?

Loquelæ inservit.

Quid est Aspera Arteria?

Est Canalis cartilaginosus Laryngi continuus, a arynge ad Bronchia extensus.

Quomodo constructa Aspera arteria?

Habet annulos cartilaginosos, qui in parte postepri Arteriæ Asperæ desinunt, ubi loco Cartilagis crassa membrana accedit. Dein habet quinque nicas.

Prima est Membranacea, secunda Cellulosa, tia Musculosa, quarta Vasculosa, quæ vasa in habent sanguinem afferentia pro secretione

 muci

muci in asperam arteriam ad lubricandam effu-
dendi, quinta Tendinea.

Propagines Arteriæ asperæ quomodo sunt construct

Cartilagineam indolem eo magis deponunt, q
plus perveniunt ad finem, ubi toti fiunt Memb
nacei, ut ab aëre liberius expandi possint.

Quando aër inflat has vesiculas aëriferas?

Si cavum thoracis per musculos intercosta
auctum fuerit id est quando Thorax dilatatur.

*An ergo dum Thorax est dilatatus, pulmones e
panduntur a solo aëre?*

Affirmative.

*Quænam est causa, quæ aërem expellat è Pulm
nibus?*

Thorax se contrahens sicque cavum Thora
minuens, pulmonem comprimens.

*An aër, qui ingreditur in vesiculas aëriferas
miscet sanguini?*

Negative, non potest fieri in Arteriis neque
Venis, dum enim hæc vasa sunt impleta sangui
non videntur posse suscipere aërem, dum hæc v
vacua sunt, sunt collapsa, sicque pori per qu
aër possit ingredi, conclusi.

Unde Pulmo accipit materiam nutritiam?

Ex Arteria Bronchiali.

D

DE OESOPHAGO

Quid est OEsophagus?

Est Canalis membranaceus a faucibus ad ventriculum extensus, cibum & potum transmittens.

Quomodo vocatur pars superior?

Pharynx, qui varios habet musculos, qui dilatationem & constrictionem ejus faciunt.

Quot tunicas habet?

Quinque.
Prima Exterior membranacea in Thorace cum pleura continua.
Secunda Cellulosa.
Tertia Musculosa.
Quarta Vasculosa.
Quinta Nerveovillosa.

Ubi Situs est OEsophagus?

In Collo post Asperam arteriam juxta longitudinem vertebrarum colli, descendens per Diaphragma in Ventriculum.

Ad quid inserviunt Glandulæ Pharyngis?

Ad Secretionem muci continuo faciendam, & lubricandum.

DE VENTRICUL

Quid est Ventriculus?

Est pars magna membranacea, cava, in sinist potissimum Hypochondrio, mox sub diaphragm & costis spuriis inter Hepar & Lienem oblic sita.

Quot habet Orificia?

Duo, Alterum sinistrum cum OEsophago co tinuum, multisque nervis instructum, vocatur C dia.

Alterum Dexterum, cui intestina junguntu ubi valvula singularis ventriculum claudens, v catur Pylorus.

Arteriæ ad Ventriculum euntes, quomodo vocantu

Gastricæ, quæ oriuntur ab arteria Cæliac quæ afferunt sanguinem pro secretione liquo Gastrici.

Quid est humor Gastricus?

Est liquor ad coctionem maxime requisitu in tunica vasculosa ventriculi secretus, & in cavu ventriculi emissus.

Venae Ventriculi quomodo appellantur?

Venæ Coronariæ & vasa brevia, quæ ad sin tram regionem decurrentia coëunt cum vena liena in eamque sanguinem suum emittunt.

Quot tunicas habet Ventriculus?

Quinque.

Pr

Prima externa Membranacea.
Secunda Cellulosa.
Tertia Musculosa, in qua fibræ varia ratione decurrunt, quædam quasi circulares aliæ in utrumque orificium, aliæ à sinistro latere ad dextrum excurrunt, aliæ orificia ambiunt.
Quarta Vasculosa.
Quinta Villosa, tenuis, Porosa.

Ad quid inservit Ventriculus?

Ut alimenta recipiat, contineat, solvat, mutet, per Pylorum ad intestina expellat, & forte subtiliorem eorum partem absorbeat; dein ut famem excitet.

Quomodo fit Coctio in Ventriculo?

Hæc fit affusione Menstruorum in Ventriculum, dein motu musculari ventriculi, calore, & continuo motu a diaphragmate, a musculis abdominalibus, ab arteriis adjacentibus communicato.

DE INTESTINIS.

Quid sunt intestina?

Sunt Canales magni, longi, membranacei à Ventriculo usque ad anum extensi, sexies circiter longiores quam homo, qui ea gestat.

Quibus partibus connectuntur.

Ope Mesenterii cum Vertebris lumborum.

Quot sunt intestina?

Proprie unum, dividitur tamen in sex, quorum tria dicuntur Tenuia & tria Crassa.

Quæ-

Quænam ſunt inteſtina tenuia?

Duodenum, Jejunum & Ileum.

Quænam ſunt Craſſa?

Cæcum, Colon, & Rectum.

Inteſtinum Duodenum ubi oritur?

Ad Pylorum, primo parum adſcendens, dein deſcendit ad trium vel quatuor digitorum diſtantiam a Pyloro, accipit oſcula ductus Cholidochi & Pancreatici pro bile & ſucco pancreatico ſuſcipiendo. Valvulas ſive rugas in principio habet nullas, in progreſſu quamplurimas. Glandulæ Brunneri ibi copioſiſſimæ ſitæ pro liquidi tenuis ſecretione.

Quodnam eſt Inteſtinum Duodeno Continuum?

Jejunum, quod jacet in regione umbilici, vaſa lactea habens plurima, uti & valvulas conniventes plurimas, deinde glandulas peyerianas, eo plures numero quo inteſtinum plus ad craſſa pervenit.

Ad quid inſerviunt valvulæ conniventes?

Ut remora chylo fiat, & fæcibus & perpetua horum ubique fiat interceptio, ut chylus poſſit ſic emungi.

Ad quid inſerviunt Glandulae peyerianae?

Ad continuam dilutionem craſſioris materiæ faciendam maxime circa finem Ilei, & ut fæces ibi craſſeſcentes inungerentur.

Ad quid inſerviunt copioſi adeo per inteſtina diſperſi nervi?

Ut ſic eſſet acutiſſimus ſenſus ab iis, quæ acria lædentia, & inde fieret irritatio ad expulſionem &

cſcu

ſcula vaſorum bibilorum conſtringerentur, ne ale acre in interiora deferri poſſit.

Quodnam eſt tertium tenue?

Ileum, ſitum potiſſimum infra umbilicum juxta ſſa Ilei. Initium ejus eſt ubi valvulæ conniventes vix amplius conſpiciuntur. Finis vero ubi craſſa nteſtina incipiunt ubi lateri ſiniſtro coli ſingulari modo, ut valvula inde fiat, inſeritur, quam valvulam coli vel Bauhini appellant. Cæterum valvulas abet nullas, ſed Glandulæ circa finem, ut plurimum plures adſunt quam alibi.

Cur valvulae Conniventes hic non ſunt tam multæ c in inteſtino Jejuno?

Quum chylus & omne tenue in inteſtino Jeuno, ubi vaſa lactea ſunt copioſiſſima abſorptum ſt, ſi nunc multæ valvulæ adhuc eſſent in inteſtio Ileo, tum partes craſſiores aſſumptorum non acile poſſent pergere, fieretque ſic periculum obtructionis.

Ubi ſitum eſt Inteſtinum Cœcum?

Una cum appendice vermiformi ſitum eſt ad ypochondrium dexterum, longitudo hujus inteſtii eſt ad tres vel quatuor tranſverſos digitos.

An fæces in inteſtinum Caecum delapſæ poſſunt reire in inteſtinum Ileum?

Negative, nam valvula Coli obſtat.

Quid eſt Inteſtinum Colon?

Eſt Inteſtinum cæco continuum, connectitur ope ritonæi cum oſſe Ilei, Rene dextero, Veſicula fel-, Hepate, Omento, Ventriculo, Liene, Rene ſitro &c.

Ad

Ad quid inserviunt glandulae hic admodum cop[...] sae sitae, & copiosae valvulae?

Ad dilutionem fæcum faciendam, & tenuic[...] chylosi, si adhuc adest, resorptionem faciend[...] in vasa absorbentia.

Intestinum rectum ubi Situm?

Supra Osse Sacro recte decurrens, finis [...] Anus vocatur, Anus Musculos habet tres. Pri[...] Sphintherem pro ano claudendo. Et elevat[...] duos pro eodem retrahendo.

Quibus Partibus Connectitur?

Ossi Sacro & Coccygis, vesicæ in viris, in [...] minis Vaginæ uteri.

Cur hic non sunt Valvulae uti in Colo, sed tan[...] leviores quaedam rugae?

Ne fæcum exitus remoretur.

Ad quid Pinguedo adeo Multa ad Anum?

Ut in fæcum excretione facile dilatari quea[...]

Qua ratione faeces ex intestino crasso, quod [...] multas habet valvulas pellitur in intestinum rec[...]

Fæces dum diu hærent in Colo remoratæ a[...] piosis ibi valvulis, tandem acriores fiunt [...] irritant colon, ex hac irritatione sequitur con[...] ctio, sic propelluntur in intestinum rectum.

Quot Membranas habent intestina?

Quinque.

Prima Externa Membranacea, quæ nascit[...] Peritonæo, alias membranas involv[...] ordinans, nectens Mesenterio vasa firm[...]

Secunda Cellulosa mediæ Mesenterii memb[...]

I[...]

propago, multi usus, pinguedinem hic submi-
nistrans ad tunicam muscularem intestino-
rum mobilem semper in mobilitate servan-
dam. In Macilentis vix apparet.

Tertia Musculosa parte concava fibris annulari-
bus firmis, densis, mesenterii fimbriæ in-
sertis constans, & inde nervos accipiens,
unde hinc intestina arctari possint, sursum
& deorsum duci reciprocè, contenta urgeri
in latera intestini villosa, conteri, misceri,
attenuari, a concretione impediri, parietes
intestinorum detergeri. Parte convexâ con-
stat fibris longitudinalibus, fibras annulares
decussantibus, quibus corrugantur, contra-
huntur, in rectitudinem porriguntur.

Quarta Nerveovasculosa, quæ innumerabilia
habet vascula arteriosa reticulariter posita
partim abeuntia in glandulas peyerianas in
hac membrana quoque sitas, partim in ca-
nales excretorios exhalantes suum liquidum
in cavum intestinorum, vasis his arteriosis
nervi copiosissimi sunt intertexti.

Quinta Villosa, fines sanguiferorum & principia
vasorum lacteorum sustinens.

Triplo longior est in jejuno præcipue, quam in-
cumbens membrana nerveo-vasculosa. Hæc mem-
brana est ea, quæ valvulas conniventes intestini
jejuni sive juga valvulosa facit hinc rugosa val-
de.

Arteriæ per intestina dispersæ, quomodo vocantur?

Arteriæ Mesaraicæ, Arteria Mesaraica superior
intestinis tenuibus, Mesaraica inferior crassis pro-
spicit.

*Vasa Sanguinem ab intestinis revehentia quomodo
vocantur?*

Venæ Meſaraicæ, quæ ſanguinem ducunt a Venam Portæ.

Unde habet Nervos?

A parivago & intercoſtali.

Quis eſt uſus inteſtinorum tenuium?

Concoctionem ciborum continuare, ſecretione chyli perficere, & fæces ad inteſtina craſſa pro pellere.

Uſus craſſorum eſt fæces colligere, & ſuo tem pore expellere.

Quomodo firmantur inteſtina?

Per intermedium meſenterium, quod eſt mem brana craſſa pinguis in medio inteſtinorum, præ ſertim tenuium ſita, conſtans ex membranis, pin guedine, vaſis variis & multis glandulis.

Quibus partibus connectitur?

In parte ſuperiori cum tribus ſuperioribus verte bris lumborum, in inferiori cum inteſtinis præci pue jejuno & Ileo.

DE MESENTERIO

Pars, quæ nectit inteſtina tenuia, quomodo voca tur?

Meſareum vel Meſenterium. Pars quæ nect Colon, meſocolon.

Ex quibus partibus componitur?

Ex duabus tunicis anteriori & poſteriori intr quas ſubſtantia celluloſa pinguedinem continen glandulæ & vaſa meſaraica locantur.

Qu

Quis est usus Mesenterii?

1o. Suspendere, colligare, & in situ retinere intestina.
2o. Sustentare vasa sanguifera intestinorum, & vasa lactea.
3o. Viam vasis lacteis ad receptaculum breviorem facere.

Quid faciunt Glandulæ Mesenterii?

Ut chylum per vasa lactea allatum, ex his glandulis ulterius in ductum thoracicum defferendum remorent, conquassent, diluant, & forte spiritus admisceant.

Quid sunt vasa lactea?

Sunt canaliculi subtiles hiantes in cavum intestinorum suscipientes chylum, & per mesenterium vehentes ad ductum thoracicum.

In quo Intestino hæc vasa lactea sunt copiosiora?

In Jejuno, rarius aliqua veniunt ex crassis.

Quænam sunt vasa lactea primi generis?

Quæ ab intestinis ducunt ad glandulas mesenterii.

Quænam sunt vasa lactea secundi generis?

Quæ à glandulis mesenterii chylum deducunt ad ductum thoracicum.

Ad quid inserviunt valvulæ vasorum lacteorum semilunares?

Ad impediendum refluxum chyli.

Quis usus vasorum Lacteorum?

Chylum & lympham ex intestinis per mesenterium ad ductum thoracicum deducere.

DE DUCTU THORACICO

Quid est ductus Thoracicus?

Est canalis tenerrimus chylum e vasis lacteis & lympham e lymphaticis recipiens, eaque e abdomine per thoracem ad venam ut plurimum subclaviam devehens. Hujus inventor est Pecquetus.

Ad quid inserviunt valvulæ, quæ sunt in ducto Thoracico?

Ad impediendum refluxum chyli.

Chylus per ductum Thoracicum in venam subclaviam deductus an non potest redire?

Negative, Obstat enim valvula semilunaris ibi sita.

Quid sunt Vasa Lymphatica?

Sunt vasa subtilia, similia vasis lacteis, tenera pellucida, liquidum vehentia aquosum Lympha dictum.

Ubi sunt sita hæc vasa?

In superficie plerarumque partium internarum præsertim in hepatis parte concava.

Quomodo sunt constructa?

Ex tenerrima membrana pellucida uti vasa lactea.

Cur valvulis sunt instructa?

Ad cursum Lymphæ facilitandum.

Ubi nascuntur?

In plerisque coporis partibus.

Quor-

Quorſum deducunt ſuam Lympham?

Partim in venas majores, partim in ductum thoracicum.

Quis uſus vaſorum Lymphaticorum?

Lympham e nutritione ſuperfluam, vel ad ſanguinem, vel ad vias chyliferas revehere, Refluens vero Lympha inſervit pro chylo in ductu thoracico diluendo & diluendo ſanguine.

DE OMENTO.

Quid eſt Omentum?

Eſt pars membranacea pinguedine plerumque inſtructa ſub peritonæo inteſtinis proxime incumbens, cohærens cum fundo Ventriculi viciniſque partibus abdominis.

Quorſum ſanguis a ſecretione pinguis ſuperfluus deducitur?

Ad venam portæ.

Ad quid inſervit Omentum?

Ad inteſtina lubricanda & defendenda a concretione & frigore.

Quid ſunt ductus adipoſi omenti?

Sunt vaſa lateralia arteriarum, quæ in cellulas omenti deducunt pingue.

DE LIENE.

Quid est lien?

Est viscus atrorubens in sinistro ventriculi latere sub diaphragmate ad costas situm.

Quibus partibus connectitur?

Omento, Ventriculo per vasa brevia, cum Pancreate, Diaphragmate & Rene sinistro.

Arteria lienaris sive splenica unde nascitur?

Ex Cæliaca.

Qualis est Substantia Lienis?

Vasculosa.

Ad quid inservit Lien?

Ad Sanguinem attenuandum, ut sic hoc sanguine lienari Sanguis venæ portæ spissior fluidior fiat: & bilis secretio promoveatur.

DE PANCREATÆ.

Quid est Pancreas?

Est Glandula magna post ventriculum sita secernens humorem pancreaticum dictum per unum singularem ductum in intestinum duodenum effundens.

Unde habet arterias?

Ab arteria Cæliaca.

Qu

Quomodo pancreas est Constructum?

Ex plurimis glandulis, quæ omnes emittunt parvos ductulos aut canales, qui coalescentes constituunt unum ductum pancreaticum dictum.

Quis est usus Pancreatis?

Singularem humorem salivæ non absimilem generare.

Quid boni præstat hic succus pancreaticus?

Per ductum suum in intestinum duodenum fluens crassa in intestinis diluit, miscet omnia, bilis visciditatem amarorem & colorem immutat, & chylo intime permiscet.

DE HEPATE.

Quid est hepar?

Est Viscus maximum rubicundum in dextero ypochondrio, mox sub diaphragmate situm, bilis ecretioni destinatum, in superiori parte convexum, nferius concavum, continens vesiculam fellis & dmittens magna vasa.

Quibus partibus Connectitur?

Ope ligamenti suspensorii dexteri & sinistri cum mbilico, quod vena fuit umbilicalis in fœtu; ein connectitur venæ portæ & venæ cavæ.

Membrana hepatis unde?

A peritonæo.

Quid est Capsula glissonii?

Est tunica, quæ venæ portæ ramos, arteria[m] hepaticam & ductus biliarios includit.

Quid sunt ductus biliarii vel porus hepaticus?

Sunt primarium organum bilificationis, na[m] horum ope bilis secernitur, hi ductus sensim co[n]fluunt in ramos majores & constituunt unu[m] ductum, qui vocatur ductus hepaticus.

Quid est ductus Cysticus?

Est ductus vesiculæ felleæ cum ductu hepati[co] se conjungens & constituens unum ductum, q[ui] vocatur cholidochus, qui cholidochus perfor[at] intestinum duodenum & bilem utramque cystica[m] & hepaticam effundens.

Qualis est substantia hepatis?

Est tota Vasculosa.

Quid est Cystis fellea?

Est vesicula ad figuram piri aliquo modo acc[e]dens, sita in parte hepatis concava, incumben[s] intestino colo illudque colore flavo tingens.

Ex quibus partibus Constat vesicula fellea?

Ex quatuor Membranis.
1°: Externa.
2°. Cellulosa & Vasculosa.
3°. Muscularis ex variis fibris constans.
4°. Sive interna intus rugosa vocatur nervea.

Quomodo bilis venit in vesiculam felleam?

Par[s]

Pars maxima ex ductu cholidocho per ductum cysticum eo defertur; pars vero amarior ex vasis vesiculæ felleæ secerni videtur.

Quotuplex est bilis?

Duplex hepatica, quæ fere insipida, tenuis, & vix colorata; altera vero cystica quæ crassior coloratior & amarissima.

DE DIAPHRAGMATE.

Quid est Diaphragma?

Est pellis ampla musculosa robusta, convexa, bdomen transverse a thorace distinguens, superius onvexum inferius vero concavum.

Ubi situm est?

Inter abdomen & thoracem, altius parte anriori, parte posteriori longe declivius.

Quibus partibus connectitur?

Cum sterno, costis spuriis, pericardio, mediano, & vertebris lumborum.

Ad quid inserviunt ejus foramina?

Primum in Sinistro latere ad transmittendum ophagum, dexterum ad transmittendam venam vam.

Qualia vasa eunt per ejus interstitium?

Aorta, Vena Azygos & Ductus Thoracicus.

Quibus membranis cingitur?

Superius in thorace â pleura, quæ totum thora-

ra-

racem & Viſcera thoracis inveſtit, inferius a p
tonæo, quod totum cavum abdominis inveſtit

Quis eſt uſus Diaphragmatis?

Primo pro reſpiratione, nam in inſpirati movetur deorſum, in exſpiratione vero ſurſum cavum thoracis.

Secundo pro motu contentorum abdominis v triculi, inteſtinorum, hepatis, lienis, chyli, b &c. promovendo.

Tertio pro juvanda expulſione fæcum, urin fætus in partu, ſecundinarum &c.

DE PERITONÆ

Quid eſt Peritonæum?

Eſt membrana tenuis, lævis & lubrica tot abdomen & pleraque ejus Viſcera inveſtiens, que quaſi in ſacco continens, Ex duabus c ſtans lamellis efficiens ligamenta hepatis, ver & arteriarum umbilicalium, inteſtinorum var uteri lata &c.

Quis eſt uſus Peritonæi?

Continere contenta abdominis, nam eo ni um dilatato ſecto vel rupto ſede ſua dilabun vel herniæ oriuntur.

Secundo tunicam extimam præbere partibus abdomine contentis fere omnibus, quæ propte membranam ſuam extimam vulgo dicuntur hab a peritonæo.

Tertio formare proceſſus peritonæi & tunic vaginalem teſtium.

D

DE RENIBUS.

Quid ſunt renes?

Sunt duo Viſcera rubicunda utrimque in lumbis ſita, quorum concava pars introrſum convexa extrorſum reſpicit.

Quibus partibus Connectuntur?

Lumbis, Inteſtino Colo, Coſtis inferioribus Renibus ſuccenturiatis, vaſis renalibus, & ureteribus.

Qualia habet Vaſa?

Vaſa admodum ampla, arteriæ naſcuntur ex aorta arteriæ renales vel emulgentes dictæ, venæ naſcuntur ex vena cava.

Quomodo vocatur ductus excretorius renum, qui urinam defert in Veſicam?

Ureter, urinam ad poſteriorem partem veſicæ urinariæ deferens, & in cavum ejus effundens.

Qualis eſt ſubſtantia renum?

Vaſculoſa, exterior vocatur corticalis, interior tubuloſa, ubi ſunt tubuli urinarii, Belliniani dicti deſinentes in papillas Octo decem vel duodecim multis foraminulis in pelvim hiantes.

Quid eſt pelvis Renalis?

Eſt cavitas renum membranacea, quæ magis anguſtata ad veſicam urinariam tendens conſtituit ureteres.

Quis eſt uſus Renum?

Secer-

Secernere acria e ſanguine, quæ vi circulati tam acria ſunt facta, ut ſi retinerentur in cor maxima mala producerent.

Quid ſunt Renes ſuccenturiati?

Sunt duæ glandulæ flaveſcentes compreſſæ utr que ſuperiori renum parti incumbentes uſus incertus, ſed probabile mihi videtur, quod in tu, quia ibi longe grandiores, quam in adult humores, qui in adultis tendunt ad renes, eo vertantur & reducantur in venam cavam, u minor Secretio urinæ in fætu fiat.

Quid eſt Veſica Urinaria?

Eſt pars membranacea cava ad os pubis ſit urinam colligendam & expellendam deſtinata.

In quot partes diſtinguitur?

Pars ſuperior vocatur fundus. Pars inferior C vix ſive Collum.

Quibus partibus Connectitur?

Cum oſſe pubis. Secundo cum partibus gen libus per collum & uretram, in maribus etiam c inteſtino recto, in fæminis vero cum vagina ute cum umbilico per urachum & arterias umbil les.

Quot habet Membranas?

Tres Prima Communis peritonæo continua
Secunda Muſcularis, quæ ſe contrahendo urin expellit.
Tertia Nervea humore mucoſo obducta qu humor mucoſus etiam hæret in interna vitate ureterum, quo lubricantur urete ſne materies calculoſa cum ejus lateribus c creſcat, quod ſemper fit, dum hic mu deficit.

Q

Quid est Spinther Vesicæ?

Eſt ſeries fibrarum tranſverſarum extremum colli veſicæ inſtar arcus ambiens, & claudens; dum hic ſpinther fit paraliticus, tum fit urinæ incontinentia. Si vero ſpinther ſpaſmodice contrahatur tum fit Iſchuria ſive plenaria urinæ ſuppreſſio, quæ etiam naſci poteſt â quacunque cauſa vias uriniferas anguſtante & tranſitum urinæ impediente. Dysuria eſt cum urina cum moleſtia aut dolore profluit, & ſi profluit guttatim cum dolore vocatur ſtranguria.

Quot habet foramina?

Tria; duo ubi ureteres ingrediuntur in parte poſtica veſicæ, unum majus in collo per quod tranſmittitur urina in uretram.

An Urina ex Veſica Urinaria redire poteſt in Ureteres?

Negative, nam Ureteres, ubi ingrediuntur veſicam, faciunt ſpeciem valvulæ, quæ impedit, ne retrogrediatur urina.

DE PARTIBUS GENITALIBUS.

Quid eſt Uretra?

Eſt canalis membranaceus veſicæ collo continuus, urinæ ex veſica exitum concedens, longior in viris, quam in fæminis, in his vix duos digitos ſuperat.

Teſtes qualia habent velamenta?

Primo ſcrotum ex cuticula, cute, & membrana muſculoſa Dartos dicta conſtans.

Secundo tres tunicas. Prima eſt Muſculus Cremaſter

mafter five elevator tefticuli, Secunda vaginalis: tertia albuginea, quæ arcte cum teftibus cohæret vafa fpermatica recipit, & ad teftem tranfmitti

Qualis eft Subftantia teftium ?

Tota Vafculofa.

Quis ufus teftium?

Generare Semen prolificum.

Quid funt Epididymides ?

Sunt partes oblongæ fuperiori parti teftium i cumbentes, femen in teftibus fecretum fufcipie tes.

Quis horum ufus?

Semen ex teftibus recipere, ulterius digerere perficere, & ad vas deferens tranfmittere.

Quid eft Vas deferens?

Eft canalis robuftus albicans unus ab Epidid mide qualibet ad Veficulas feminales extenfus.

Ubi eft ejus Finis?

In anteriori parte Veficularum feminalium p tim recta in uretram, partim oblique in Vefi lam feminalem definit.

Quis ufus vafis deferentis ?

Semen ex Epididymide ad Veficulas femin deferre.

Quid funt Veficulæ feminales ?

S

Sunt receptacula membranacea parti posteriori colli vesicæ juncta ad suscipiendum semen destinata.

Vesiculæ seminales an habent ductus excretorios?

Duæ sunt Vesiculæ & quælibet osculo in uretram desinit.

Quid est Prostata?

Est corpus globosum mox ante vesicam in collo situm, decem vel duodecim habens ductus excretorios, succum prostatæ in cavum uretræ tempore actus Venerei effundentes.

Quis usus prostatæ?

Liquorem albicantem secernere pro lubricanda uretra, & pro dilutione seminis.

Quid est Penis?

Est primarium organum generationis, partes ejus Penis Glans & uretra.

Quid est præputium?

Est cutis replicata glandem tegens, in cujus inferiori parte frenulum.

Quænam sunt Corpora Cavernosa sive spongiosa penis?

Sunt duo corpora maximam penis molem constituentia, quæ nascuntur ab Ossibus pubis, & ad glandem usque extenduntur, in quæ si aqua vel flatus impellitur, penis intumescet.

An Penis habet Musculos?

Ha-

Habet varios erectioni potissimum inservient

Quid est Glans?

Est Alterior pars penis, lævis quasi polita valde sensilis.

Quid est Corona Glandis?

Est Circumferentia posterior glandis.

Quomodo Construitur glans?

Ex Epidermide & corpore cavernoso q uretræ continuum, & hic in globum vel bulb quasi expansum est.

An in Uretræ interiori superficie adsunt glandr

Affirmative pro lubricanda uretra.
Vocantur Glandulæ Cowperi vel Litrii.

Quid est Vagina uteri?

Est canalis amplus ab orificio uteri inter cam & intestinum rectum extensus.

Qualis est Substantia?

Membranacea, intus rugosa, nervea, hinc sensilis.

Quibus partibus connectitur?

Anterius cum Vesica, posterius cum inte recto.

An adsunt etiam lacunæ mucosæ in vagin

Affirmative, hæ fundunt liquidum mucosur vagina lubricanda.

Quid est Uterus ?

Est Pars in fœminis inter vesicam & intestinum rectum sita, cava, generationi fœtus destinata.

Quibus partibus Cohæret ?

Anterius vaginæ à lateribus per ligamenta, quæ duplicia primo lata membranacea cum peritonæo continua, utrimque uterum & vaginam pelvis parietibus jungentia secundo rotunda a parte superiori uteri orta.

Quomodo vocatur pars superior uteri ?

Fundus, inferior cervix.

Qualis est substantia uteri ?

Musculosa, vario fibrarum carnearum plexu composita, copiosissimis vasis interjectis, in non gravidis compacta & firma est, in gravidis spongiosa, laxa.

Quid sunt Ovaria muliebria, sive testes muliebres ?

Sunt duo corpora quodammodo globosa, lævia albicantia utrimque unum fundo uteri annexa.

Quibus partibus connectuntur ?

Primo cum fundo uteri ope ligamenti teretris; secundo cum tuba Fallopiana.

Quid sunt tubæ Fallopianæ?

Sunt duo canales fere conici, tortuosi utrimque unus fundo uteri juncti.

Quis usus harum?

Tempore coitus influxu copioso sanguinis atqu spirituum eriguntur & motu naturali ovariis appli cantur & genituram prolificam masculinam tran mittunt, ovulum impraegnatum recipiunt, & a uterum deducunt.

Quot membranis involvitur foetus?

Duabus, prima exterior chorion dicta utero con tigua, secunda interior amnios dicta priori con tinua, in qua vasa pauca conspiciuntur in prior vero plurima.

DE PLACENTA

Placenta ubi connectitur?

Pars convexa adhaeret utero, concava vero fae tum recipiens cingitur levi membrana chorii & amnii.

Qualis est substantia Placentae?

Tota vasculosa.

Quis usus placentae?

Una cum chorio sanguinem & succum nutritiun absorbere uti intestina chylum, eumque deinc ad faetum per venam umbilicalem transmittere.

Quid sunt vasa Umbilicalia faetus, quae post par tum in ligamenta abeunt?

Duae arteriae ex faetu oriundae utrimque ex Ilii cis arteriis ascendunt in utroque latere vesicae ad um

bi

bilicum & inde ad placentam. Deinde vena una, quæ arteriis duplo amplior orta in placenta ex innumeris ramusculis in unum truncum coalitis, sanguinem deducit ad hepar fœtus ad sinum venæ portæ, & inde per canalem venosum dictum in venam cavam.

Quid est funiculus umbilicalis?

Est pars funiculi speciei contorta crassitudine digiti constans ex una vena & duabus arteriis umbilicalibus dictis constans, communi membrana tecta.

Ubi incipit funiculus umbilicalis?

In Placenta, finitur in umbilico fœtus.

An fœtus respirat?

Negative.

An ergo sanguis in fœtu non transit per pulmonem?

Parum admodum ut vasa serventur tantum aperta.

Quomodo ergo sanguis in fœtu ex corde dextero venit in cor sinistrum?

Per foramen ovale, quod est inter Auriculam dexteram & sinistram.

DE CAPITE.

Quænam sunt partes continentes Capitis?

Cuticula, cutis, pinguedo, dein pili, musculi cranii frontales & occipitales dicti, dein pericranium, quod est membrana cranium proxime in

investiens, quod idem est, quod in aliis partibus osseis est periostium.

Quis est usus Pericranii?

Sustentare vasa pro cranii nutritione.

Cranium ex quot ossibus constituitur?

Ex octo inter mediis suturis conjunctis.

Quænam sunt partes Capitis contentæ?

Cerebrum, cerebellum, &c.

Quid est dura mater?

Est membrana sub cranio sita, robusta, involvens cerebrum & cerebellum admittens vasa arteriosa & ulterius transmittens ad piam matrem, quæ sanguinem pro secretione spirituum adferunt.

Unde accipit arterias dura mater?

Ab arteriis carotidibus & vertebralibus.

Quales facit processus?

1°. Processum falciformem, inter duo cerebri hemisphæria
2°. Inter cerebrum & cerebellum.
3°. Inter cerebelli divisionem.

Quid est pia mater?

Est secunda membrana cerebrum ambiens firmiter per omnes ejus sulcos se insinuans.

Ad quid inservit pia mater?

Ad involvendum cerebrum & sustentanda ejus vasa sanguifera ut eo melius per omnes sulcos & plicas distribui queant pro spirituum secretione.

Quid

Quid est cerebrum?

Eſt ſubſtantia mollicula anfractibus & ſulcis inteſtinula quaſi repreſentans.

Quomodo dividitur?

In duo hemiſphæria interventu procreſſus falciformis.

Quænam ejus eſt ſubſtantia?

Exterior cinericea corticalis dicta, cujus craſſities duarum quaſi linearum, tota vaſculoſa. Interior alba medullaris appellata, quæ tubuloſa totum reliquum cerebri conſtituens.

Unde naſcitur hæc ſubſtantia alba?

Ex arteriolis minimis ſubſtantiæ corticalis, finis principium omnium nervorum, qui omnes inde oriuntur & liquidum nerveum inde accipiunt.

Quid ſunt ventriculi cerebri?

Sunt inſignes ſinus, quorum numerantur quatuor.

Anteriores duo, in quibus eſt plexus choroideus, per hos ſinus ubique protenſus, conſtans ex membrana vaſculis repletiſſima.

Dein accedit ventriculus tertius, in quo eſt pars plexus choroidei & glandula pinealis. Dein accedit ventriculus quartus, qui eſt inter cerebellum & medullam oblongatam.

Quæ ſunt corpora ſtriata?

Sunt corpora extus cinericea, intus ſtriata accumbentia ventriculis anterioribus cerebri.

Ubi ſitum eſt cerebellum?

Sub poſterioribus lobis cerebri in inferiori cranii parte.

Qualis ejus ſubſtantia?

Cinerea ſive corticalis & medullaris, nullos habens ſinus.

Quid eſt medulla oblongata?

Eſt ſubſtantia inferior cerebri & cerebelli medullaris in caudam quaſi coalita & ad foramen magnum oſſis occipitis extenſa, medulla ſpinali & nervis cerebri originem præbens.

Partes ejus inferiores vocantur crura medullæ oblongatæ, dein ſunt ibi variæ protuberantiæ quæ varie denominantur.

Qualia vaſa habet cerebrum?

Primo arterias a carotidibus & vertebralibus. carotides per ſingulares canales oſſis petroſi; vertebrales vero per foramen magnum occipitis miri flexibus cranium intrant.

An cerebrum etiam habet ſinus?

Habet quatuor a dura matre formatos, per quo deducitur ſanguis iterum in venam cavam, primu ſinus eſt falciformis ſub oſſe frontis in medio ex currens, dein ſunt duo ſinus laterales, dein ſinu quartus ad glandulam pinealem.

Quid eſt Medulla ſpinalis?

Eſt medullæ oblongatæ continuatio & inſta caudæ cerebri per canalem oſſeum vertebrarum capite ad finem oſſis ſacri protenſa, corticem habe non in exterioribus uti cerebrum & cerebellum ſed in interioribus locatum.

An

An sensus & motus voluntarii dependent a Cerebro?

Affirmative, nam cerebro quacunque ratione male affecto hi læduntur, licet cerebellum sit integerrimum.

Motus spontanei unde dependent?

A cerebello, eo enim male affecto afficiuntur etiam motus spontanei, licet cerebrum sit integrum.

Quodnam est Organum tactus?

Papillæ cutaneæ, quæ sunt extremitates nervorum cutis præcipue tamen in volis manuum & plantis pedum & potissimum in apicibus digitorum elevatæ & cuticulæ tectæ: hæ prout varia ratione ab objectis externis afficiuntur ita nunc idea asperi, sicci, nunc frigidi, calidi &c. nobis sistitur.

DE
ORE & GUSTU.

Quodnam est organum gustus?

Lingua, præprimis ejus papillæ nerveæ, quæ in viva calida & humida lingua videri possunt.

Quibus partibus connectitur lingua?

Ossi hyoidi, maxillæ inferiori, Pharyngi; aliisque partibus vicinis.

An habet ligamenta?

1°. frenulum sub apice, in cujus radice utrimque ductus salivales egrediuntur.

2°. Membranaceum ligamentum, quibus cum reliquis partibus cohæret.

Ex quibus partibus conſtat lingua?

Ex muſculis teneris &c.

Ad quid inſerviunt glandulæ in poſteriori pa[rte] ſitæ?

Videntur fundere humorem lubricantem.

Ad quid inſervit lingua?

Ad loquendum, guſtandum, manducandu[m] ſugendum, deglutiendum, expuendum &c.

Quid eſt Palatum?

Eſt interior & ſuperior pars oris, propagine [...] faciens velum palatinum, cui adhæret uvula ſup[...] radicem linguæ protenſa.

Ad quid inſerviunt hæ partes?

Ad loquelam & moderandam deglutitionem.

Quid ſunt Tonſillæ ſive Amygdalæ?

Sunt duæ notabiles glandulæ utrimque ad fauc[es] juxta uvulam ſitæ humorem lubricantem ſe & e[x]cernentes.

Quid eſt os hyoidis?

Eſt os baſi linguæ cohærens ita ut intra hanc [&] laryngem ſitum ſit, muſculos habet varios vul[go] quinque paria quibus una cum lingna varie move[ri] poteſt.

Quis uſus ejus?

Ad Baſin firmam linguæ præbendam motui ej[us] & deglutitioni inſerviendum.

Quid est Gustus?
[E]st perceptio ingestorum, quae linguam afficientium

Qu

Quid sunt Gingivæ?

Eſt pars carnoſa dentes inveſtiens & conſtans ex membrana oris communi & perioſtio maxillarum copioſiſſimis vaſis inſtructa.

Ad quid inſerviunt?

Ad tegendas maxillas & firmandos dentes.

Quæ ſunt glandulæ parotides?

Sunt duæ inſignes glandulæ inter aurem & maxillam inferiorem ſitæ, ex quibus notabilis ductus prodit, qui tres tranſverſos digitos longus tranſit tranſverſim ſuper muſculum maſſeterem per medium genæ, ibidemque muſculum buccinatorem & membranam oris juxta ſecundum vel tertium dentem molarem perforat & oſculo ſuo ſalivam larga copia in os deponit: hic ductus ſalivalis vocatur Stenonianus.

Quænam ſunt glandulæ maxillares?

Fere conveniunt cum prioribus, in interiori latere maxillæ inferioris utrimque una ſitæ, quarum quælibet ſingularem ductum ex variis radicibus ſalitum emittit Wartonianum dictum, qui ſub lingua juxta radicem frænuli nunc ſimplici nunc duplici nunc triplici oſtio in os hiat.

Quænam ſunt glandulæ ſublinguales?

Sunt duæ glandulæ oblongæ utrimque una ſub lingua poſitæ, quæ parvis ductulis inter latera linguæ & gingivas utrimque in os hiant.

An ſaliva facit ad ſaporem excitandum?

Affirmative, hæc enim cum inſipida ſit & habeat

vim ſolvendi (nam conſtat ex plurima aqua, te
oleo, & pauco ſale ita tamen temperatis ut ſa
in ore inſipida ſit) hinc ea, quæ aſſumuntur
ſalivæ diluta & ſoluta applicari poſſunt pap
nerveis linguæ, ſicque ſaporem varium pro va
tate corporis applicati excitare.

DE NASO ET OLFACTU

Naſus in quot partes dividitur?

In duas cavitates, nares dictas, per intermedi
ſeptum.

Ad quid inſerviunt Pili in naribus?

Ad muci involuntarium Fluxum impediendu
& impediendum ingreſſum inſectorum in fauces

Qualia ſunt tegumenta naſi?

Epidermis, Cutis, & Pinguedo.

Ex quibus partibus conſtructus eſt naſus?

Superius ex oſſibus, inferius ex variis cartilag
bus, muſculis & membranis.

An ſunt Cavitates in interioribus naſi?

Affirmative, 1 mo: quidem ſinus frontales
inter remotas a ſe oſſis frontis laminas, qui ſupe
in cava narium hiant

2 do: Antra higmoriana magna in maxilla ſu
riore formata.

3 o: Cellulæ oſſis cuneiformis,

4o. in naribus cellulæ quatuor oſſium Spongio
rum, quæ ſunt quatuor oſſicula mire fabricata ex
nuiſſimis oſſeis lamellis papyro tenuioribus ſic c
volutis vel appoſitis ut forment plurimas cavern

ca

cavas intra quas se insinuat membrana mucosa; cava hæc horum officulorum & omnium cellularum libere hiant in cavanarium.

An fit secretio quædam in naribus?

Affirmative in omnibus his dictis cellulis & Sinibus hæret expansa membrana mucosa Schneideriana dicta vasculis ditissima ubi adfertur sanguis pro secretione muci facienda & cava narium semper lubricanda & expansionem nervi olfactorii ab injuriis externis defendendam, ut sic corpora acria in äere volitantia naribus suscepta non nude nudis nervis queant applicari.

Quomodo fit olfactus? Quid est olfactus est perceptio fluidorum in mem... ...na Sche... ...riana ... in Naribu... in tempor...

Fit dum odora effluvia äere contenta motu inspirationis per nares adducta satis fortiter vi applicantur ad fibrillas olfactorias, sicque agunt in eas, hancque actionem sive mutationem sensorio communi communicantes excitant odorem acidi, alcali, putrefacti, aromatici vinosi &c.

DE OCULIS & VISU.

Quid sunt palpebræ?

Sunt tegumenta oculorum, in quovis oculo duæ superior & inferior.

Ex quibus partibus constituuntur?

Ex Epidermide, cute tenera & cartilagine, & musculis; in interiori superficie positæ sunt glandulæ sebaciæ Meybomii liquidum pingue secernentes pro attritu palpebrarum impediendo.

Quid est Visus? ...receptio Corporum Liquidorum ... retina. Quid est tactus? ...

Quid

Quid est glandula Lacrymalis?

Est glandula ad angulum oculi internum sita ductulis suis excretoriis sub palpebra superiori e gentibus.

Quid sunt puncta lacrymalia?

Sunt parva oscula in extremitate tarsi, a q saccus lacrymalis ad nares protenditur.

Quid sunt supercilia?

Sunt arcus criniti supra orbitam oculoru basi frontis.

Bulbus oculorum quot habet musculos?

Sex quatuor recti & duo obliqui.

Qui oculum sursum ducit vocatur attollens deorsum, deprimens, qui versus aurem abduc qui versus nasum adducens.

Obliquorum unus est superior alter inferior.

Quales tunicas, habet oculus?

Sex. Prima est adnata, quæ oculum or jungit & vasis est repletissima.

Secunda sclerotica a cornea ad nervum opti extensa.

Tertia cornea quæ pellucida convexa dividi tens in plures lamellas in anteriori parte oculi minens.

Quarta coroidea, hæc interius succingit m branam scleroticam & ad anteriora reflexa const membranam uveam, quæ quinta est membra hujus uveæ facies anterior colorata iris dicta est vasculosa, in medio habet pupillam, quæ apertura, quæ varia ratione dilatari & constr potest ad moderandum ingressum radiorum; fi

C

quæ dilatationem pupillæ faciunt vocantur fibræ ciliares, quæ contractionem faciunt orbiculares.

Sexta eſt Retina, quæ eſt tunica tenerrima albicans, quaſi mucoſa, eſt nervi optici per fundum oculi exſpanſio, viſus pars primaria.

Quot humores numerantur in Oculo?

Vulgo tres Expanſioni tunicarum & refractioni radiorum inſervientes primus eſt aqueus, in quo libere fluctuat uvea, ſecundus vocatur vitreus ex cellulis ſubtiliſſimis humorem limpidiſſimum continentibus conſtans, tertius humor cryſtallinus, alias lens cryſtallina dictus, qui foveæ humoris vitrei adhæret.

Quomodo fit viſus?

Fit dum radii ab objectis externis venientes varia ratione per oculi humores refracti coeunt in retina in unum punctum ſicque eam afficiunt, hac affectione tum ad ſenſorium commune delata mens accipit ideam viſi.

DE AURE ET AUDITU.

Qua ratione decurrit meatus auditorius?

Tortuoſè & oblique.

Qualis ejus eſt ſubſtantia?

Partim oſſea, partim cartilaginea, ſuperinductam habens membranam cuti continuam, in qua glandulæ ceruminoſæ dictæ poſitæ ſunt, quæ cerumen in aures deponunt.

Ad quid inſervit auris externa?

Ad

Ad ſonum melius percipiendum & melius a
diendum.

Quid eſt Tympanum?

Eſt membrana tenuis triplici lamella conſtans
fine meatus auditorii poſita.

Quot ſunt Oſſicula auditus?

Tria malleus, incus, & ſtapes.
Malleus adhæret tympano & ſtapes feneſt
ovali.

Quid ſunt tubæ Euſtachianæ?

Sunt duo ductus a media cavitate auris ad
uſque protenſi & in os deſinentes.

Quænam eſt tertia auris pars?

Labyrinthus, in quo primo veſtibulum, qu
eſt cavitas mediam Labyrinthi partem conſtitue
cujus introitum facit feneſtra ovalis. In hoc ve
bulum quinque orificiis hiant canales tres ſemic
culares, qui copioſiſſimis nervis inveſtiuntur.

Quomodo fit auditus?

Fit dum aer tremule motus pulſat membran
tympani & hæc mota motum communicat oſſi
lis & inde feneſtræ ovali & inde nervis per ca
les ſemicirculares & cochleam diſtributis.

Quid est Auditus
est perceptio Soni in tympano

D

DE
PRINCIPIIS MEDICINÆ

Quid est Medicina?

Est Scientia eorum, quorum applicatione vita ſana conſervatur, prolongatur, & ægra in priſtinum ſtatum reſtituitur.

Quid est Medicus?

Est qui dictum officium exercet.

Quotuplex est Medicina?

Duplex theoretica et practica theoria verſatur in contemplatione, practica vero in actuali exercitio artis medicæ.

Quid est Theoria?

Est Corpus canonum quod ſcire debet medicus antequam praxin poſſit exercere.

Corpus canonum quot regulas continet generaliores & quomodo vocantur?

Inſtitutiones Medicæ:

In quot partes hæ dividuntur?

In quinque partes prima phyſiologia, quæ docet corporis humani vitam & ſanitatem, harum cauſas & effectus

Quid est Corporis humani vita?

Est ea conditio, quæ facit circulationem actu eſſe vel poſſe reduci

Quotuplex est Vita?

Vita

Vita eſt vel maxima, vel minima vel gradus in-termedii.

Quid vita eſt maxima?

Eſt circulatio bona per totum corpus & d[illegible] hæc circulatio per univerſum corpus bona e[illegible] tum dicitur ſanitas, quod tunc idem, quam ma[illegible] ma vita.

Quid eſt vita minima?

Vita minima eſt cum circulatio tantum v[illegible] per partes vitales id eſt cum circulatio ad tam [illegible] vum gradum deducta, ut ſi aliquid dematur n[illegible] adſit.

Quid eſt vita gradi intermedii?

Eſt, cum circulatio vel per hanc vel per il[illegible] partem eſt imminuta, vel etiam per plures pa[illegible] Varii vitæ gradus intermedii conſtituunt va[illegible] morbos: dum circulatio eſt univerſalis tum a[illegible] vita maxima vel ſanitas: ſi nunc vero circul[illegible] per unam vel alteram partem imminuta vel ſub[illegible] eſt, tunc amplius homo non dicitur ſanus ſed æ[illegible] & tum non adeſt vita maxima vel minima, [illegible] gradus intermedius; nam deceſſit aliquid de [illegible] univerſali nempe circulatio per unam vel alte[illegible] partem eſt imminuta cum nunc vita cujuslibet [illegible] tis dependeat a libera circulatione per parten[illegible] cum libera circulatione vigente pars agat, hinc [illegible] circulatio nunc per partem non viget, etiam [illegible] aderit actio ab illa vita partis illius dependens [illegible] G: Hepar dum circulationem liberam habet, v[illegible] & ſic producit certum effectum ſive actione[illegible] nempe ſecretionem bilis dum nunc circulatio[illegible] hepar imminuitur, tunc adeſt vitæ gradus in[illegible] medius, & dum hepar non amplius vivit, [illegible] producit amplius eam actionem quam hepar vi[illegible]

ne[illegible]

nempe Secretionem bilis.

Quinam ſunt effectus vitæ ſive circulationis?

Omnes actiones, quæ contingunt in noſtro corpore, nam omnes corporis noſtri partes dum vivunt tum aliquid agunt Effectus ergo ab illa vita dependens vocatur actio.

Quotuplices ſunt Actiones?

Revocantur ad tres Claſſes 1°. Actiones vitales, 2°. actiones Naturales 3°.: actiones animales.

Quænam ſunt actiones vitales?

Sunt eæ, quibus vita carere non poteſt, uti ſunt actio cordis, pulmonis & cerebelli.

Quænam ſunt actiones naturales?

Quibus alimentum ingeſtum in noſtram naturam convertitur, hûc pertinent actiones ventriculi, inteſtinorum, hepatis, aliarumque plurimarum partium.

Quænam ſunc actiones animales?

Sunt quæ dependent a mente & cerebro.

Quænam eſt Cauſa vitæ & ſanitatis?

Circulatio.

Quænam ſunt inſtrumenta circulationis?

Solida & fluida hinc ut medicus phyſiologiam bene intelligat, requiritur ut ſciat anatomiam & chemiam

Quotuplices ſunt partes ſolidæ?

ſunt aliæ ſimilares aliæ diſſimilares.

Quæ ſunt ſimilares?

Sunt, quarum particulæ conſtituentes adeo ſimi-

les, ut quacunque divisione in partes minores nulla inveniatur diversitas.

Quae sunt partes dissimilares sive organicae?

Sunt eae, quae ex partibus similaribus varia ratione compositae, ut ratione variatae hujus compositionis possit iis certa actio exerceri.

Partes singulares ex quibus constant?

Ex Elementis terrestribus in longitudinem sibi oppositis mediante oleo & aqua cohaerentibus.

Ut partes dissimulares sanae sunt quid requiritur?

Ut partes simulares bene se habent omnes solidae partes suum habent ex fibrulis minimis, quae sic fiunt: sint duo elementa terrestria, haec sibi mutuo applicentur super accidente simul oleo & aqua, dum haec duo elementa cohaerent juxta longitudinem & si juxta longitudinem adhuc ponantur alia elementa, tum habetur fibra minima, si nunc tales fibrae minimae plures in latitudinem sibi opponantur, habetur idea membranae, si haec membrana non convolvitur ut fieri posset, liquidum habetur vasculum minimum, si nunc plurima vascula minima juxta latitudinem sibi applicentur, habetur membrana composita, si talis membrana convolvitur, habetur vas compositum.

Quales dotes requiruntur in partibus similaribus?

Certus nisus elementorum terrestrium in cohaesionem.

Unde dependet cohaesio?

Ab Elementis terrestribus se attrahentibus & ab aqua & oleo.

Cur

Cur necessaria est certa cohæsio?

Ideo ut motus vitæ & sanitatis iis fieri possit.

Quomodo motus vitæ & sanitatis per hæc fiunt?

Dum dilatata se iterum contrahunt, nam vita nostra consistit in continuo motu, & hunc motum fluidis imprimere debent ipsa solida, ad hoc autem requiritur, ut solida prius fuerint distenta, nunc autem si iterum contrahant & motum imprimant fluidis tum fibra talis nunc est, ut possit distendi, & iterum resilire sicque motum vitæ & sanitatis facere, tum fibra dicitur sana.

Quænam est altera pars institutionum medicarum?

Pathologia, cujus prima pars spectat naturam morbi, secunda causas morbi, tertia effectus morbi.

Quid est natura morbi?

Est id quod morbum constituit sic si hemopthosis nascatur a sanguine nimium tenui & acri tum natura morbi consistit in sanguine illo acri & ruptura vasorum.

Quid est causa morbi?

Est id quod morbum producit.

Quotuplex est causa morbi?

Alia est prædisponens uti phletora, cachochymia &c. alia occasionalis vel procatarctica.

Quænam sunt causæ procatarcticæ?

Sex non naturales ſunt uti aër, cibus & potus, quies & motus, ſomnus & vigiliæ, ſecreta & excreta, animi affectus, dein exterius applicata.

Quid eſt cauſa proxima morbi?

Eſt id, quod morbum conſtituit, naſcitur e cauſa prædiſponente & procatarctica. Sic V. G. homo robuſtus, qui habet ſanguinem denſum inflammatorium, qui eſt cauſa prædiſponens, ſi hic homo ſibi applicet cauſas aquam e ſanguine diſſipantes uti motus nimius, ſpirituoſa, tum ex hac cauſa procatarctica & prædiſponente concurrentibus fit febris ardens, vel morbus inflammatorius alias breviſſime dici poteſt, quod cauſa proxima morbi ſit ipſe morbus.

Quid eſt morbus?

Eſt conditio lædens actiones: ſic V. G. ſi apoplexia a ſanguine viſcido mucoſo ad cerebrum delato, ut inde actiones animales lædantur, tum morbus eſt ſanguis mucoſus in cerebro ſtagnans: ſi ſecretio bilis impediatur ex eo, quod obſtructio facta fuerit a ſanguine viſcido mucoſo in hepate tum morbus eſt obſtructio hepatis facta a ſanguine ipſo mucoſo.

Quid docet tertia pars phathologiæ?

Effectus morbi vocantur ſymptomata, quæ ſunt nihil aliud niſi actiones læſæ. Sic V G: dum obſtructio fit in pulmone a ſanguine viſcido inflammatorio, ut inde naſcatur peripneumonia vera: tum obſtructio facta a ſanguine inflammatorio eſt morbus, ſymptomata ſunt difficilis reſpiratio, anxietas, læſio actionum animalium, quia ſanguis a capite libere reduci non poteſt.

Quot

Quotuplex est morbus?

Alius in partibus ſolidis, alius in partibus fluidis.

Quinam morbi poſſunt obtineri in partibus ſolidis?

Nimia debilitas ſive laxitas qualis ſolet eſſe in omnibus morbis frigidis, deinde nimia rigiditas vaſorum, qualis adeſt in hominibus admodum exercitatis, robuſtis, & in morbis inflammatoriis, & febribus ardentibus, atque etiam tales morbi, inveniuntur in ſenibus.

Quid eſt fibræ debilitas?

Eſt ubi elementa terreſtria nimis debiliter cohærent, ut partes ex fibris illis conflatæ actiones ſuas non juſte poſſunt exercere.

Quid eſt rigiditas fibrarum?

Eſt ubi elementa terreſtria in fibris & hinc in partibus inde conflatis tam firmiter cohærent, ut actiones non libere poſſint exerceri.

Quinam morbi poſſunt obtinere in fluidis?

Spiſſitudo, tenuitas, copia aucta vel imminuta, acrimonia &c.

Quænam eſt tertia pars inſtitutionum medicarum?

Semeiologia, quæ docet ſigna quibus cognoſcitur vita, ſanitas, morbus, mors.

Quid eſt ſignum?

Eſt quod me ducit in cognitionem rei incognitæ.

Unde deſumuntur ſigna vitæ ſanitatis, morbi, & mortis?

 Ex

Ex causis & effectibus, sic signum ex causa habetur E: G: in Pleuritide si homo calidus potum frigidissimum ingesserit, inde potuit nasci pleuritis vel peripneumonia, si tum talis homo conqueratur de difficili respiratione, de anxietate &c. tum ex hac causa scio pleuritidem, vel peripneumoniam adesse, ergo hæc causa mihi inservit loco signi, quod me ducit in cognitionem rei alias incognitæ, nempe inflammationis pulmonum: alias signa sumuntur ex effectibus sic V:G: in inflammatione pulmonum dum æger conqueritur de difficillima respiratione, anxietate, obfuscatione sensuum, hæc sunt effecta quæ scio ex inflammatione pulmonum semper nasci debere, si ergo æger conqueratur de his, scio eum laborare inflammatione pulmonis, sic hi effectus sive symptomata inserviunt loco signi: simile obtinet in aliis omnibus morbis.

Quænam est quarta pars institutionum medicarum?

Hygyene, quæ docet, quomodo sanitas conservari, prolongari possit.

Quænam est quinta vel ultima pars institutionum medicarum?

Therapeutica, quæ docet quomodo debeat vita superstes conservari, causæ morbi tolli, morbus curari, & symptomata mitigari.

DE CIRCULATIONE

An moventur nostri humores?

Moventur.

Unde scis moveri humores?

Docet id Venæ sectio, nam per hanc omnis sanguis potest educi & quomodo id posset fieri, nisi san-

ſanguis moveretur, dein Ligaturæ id docent; ſi ligo arteriam, tum à corde uſque ad ligaturam maxime intumeſcet, detumeſcet poſt ligaturam.

An neceſſe eſt ut moveantur humores?

Ita, humores enim noſtri dum extra corpus hæreat, mox concreſcunt, cum tamen ſanguis intra corpus noſtrum per multos annos manet fluidus, ubi non alia cauſa niſi motus.

Quænam ſunt cauſæ moventes ſanguinem?

Cor & arteriæ.

Quomodo Cor movet ſanguinem?

Cor dum ſecontrahit expellit ſanguinem, cor dextrum æque ac ſiniſtrum, cordextrum in arteriam pulmonalem, cor ſiniſtrum in arteriam aortam.

An Ergo ſanguis non poteſt repelli ſub contractione Cordis in venam cavam?

Minime, nam valvulæ tricuſpidales ad orificium venæ cavæ ſitæ ſinunt quidem libere ſanguinem ire in cordextrum ſed dum cor ſe contrahit, ſanguis contra has aſſurgit & applicat orificio venæ cavæ ut nil exire poſſit.

Dum cor ſiniſtrum ſe contrahit quorſum pellitur?

In arteriam aortam.

An non redire poteſt in venam pulmonalem?

Non nam hærent in ſiniſtro corde ad ingreſſum venæ pulmonalis valvulæ mitrales, quæ ſanguinem admittunt quidem, ſed non ſinunt refluere, cavum autem tum aliud non ſupereſt niſi in aortam.

Sanguis qui ex corde dextro emittitur in arteriam pulmonalem, & in aortam, an non poterit retro agi in cor?

Minime adſunt enim ád utrumque orificium tres valvulæ ſimilunares dictæ, quæ id impediunt.

Cor ubi haeret?

In medio Thorace inter pulmones tectum pericardio, cujus ope vicinis partibus, ne in ſitu turbaretur, connectitur.

Qualia habet vaſa?

Propria & Communia.

Quaenam ſunt communia?

Aorta & vena pulmonalis ex ſiniſtro corde orta, dein vena cava & arteria pulmonalis quæ ad cor dextrum.

Sinus vel ſaccus venoſus ad cor dexterum & auriculae qualem uſum habent.

Ut diverticulum præbeant ſanguini, qui continuo ex ſyſtemate venoſo redit ad cor; ſed ſub contractione cordis cor non poteſt intrare.

Quænam ſunt vaſa propria cordis?

Arteriæ coronariæ, quæ naſcuntur ex aorta mox ſupra valvulas ſemilunares:

Ad quid arteriæ coronariæ inſerviunt?

Ad nutritionem cordis perficiendam.

Quando ſanguis in eas pellitur?

Eo tempore, quo ſanguis ex corde in aortam pulſus, hujus reſiſtentia & contractione retropulſus applicat valvu'las ſemilunares orificio aortæ, ut ſanguis in cor ſiniſtrum redire non poſſit, dum ſanguis eo tempore adeo úrgetur nec tamen in cor urgeri poteſt, premitur in arterias coronarias quæ etiam

eo

eo tempore dum Cor dilatatum, influxum ſanguinis facile admittunt.

Quaenam eſt cauſa contrahens cor?

Influxus liquidi nervei in villos muſculares cordis.

An ſanguis venoſus influens in cor non etiam aliquid facit ad contractionem cordis?

Eo aliquid facit, nam ſanguis influens in cor, & latera ejus admodum ſenſilia dſtendit, & irritat, unde fit major influxus liquidi nervei in villos cordis, & inde major contractio, patet ergo, quod ſanguis venoſus inſerviat inſtar ſtimuli irritantis cor ad contractionem.

Dum ergo ſanguis non ſatis copioſus venit ad cor, an tum cor poterit ſe ſatis fortiter contrahere?

Negative, nam ſtimulus tum deſinit, inde in hominibus qui hæmorrhagias ſunt paſſi vel qui nimis otioſi, debilem habent contractionem cordis, & inde debilem pulſum, nam tum ſanguis non ſatis copioſus venit ad cor, hinc non ſufficiens fit ſtimulus, ſic nec ſufficiens influxus liquidi nervei, inde ergo debilis contractio.

Dum cor non ſatis fortitur ſe contrahit, an tum circulatio manebit vegeta?

Negative, nam circulatio ut ſit & maneat vegeta, debet ſanguini ſufficiens motus a corde inprimi, nam ſanguis qui ejicitur e corde, debet valide impelli in arterias, & eas diſtendere, ut hæ ſe poſſint contrahere, & ſanguinem ulterius pellere, dum nunc cor debiliter Sanguinem emittit arteriæ ab eo non multum diſtendentur, dum nunc contractio dependet a facta dilatatione, & cum dilatatio hic parva fiat, parva quoque fiet contractio ergo ſan-

 guis

guis lente movebitur nec accipiet eas mutatio
quæ a vegeta circulatione ipsi inducuntur.

An non possumus scire, quomodo cor se contrah

Scimus ex pulsu.

Quid est pulsus?

Est dilatatio arteriarum facta a sanguine vi co
in eas projecto. Si ergo cor magna vi expellit
mores, & multos, multum dilatabitur arteria,
que pulsus vocatur magnus, si vero cor debi
se contrahit, & paucos humores emittit, pa
dilatabitur arteria ; & hinc parum se contra
hic status arteriæ vocatur pulsus debilis ; Si
intra datum tempus sæpius quam alias se contra
arteria intra datum tempus sæpius dilatabitur &
contrahet, inde pulsus frequens; si sanguis lentiu
tardius emittitur e corde hic status dicitur pu
tardus ; Fortis pulsus est, dum arteria magna v
latatur; durus vocatur, si cor quidem multum sangu
& fortiter expellit, sicque dilatationem suffic
tem facit, sed non potest sequi sufficiens ite
contractio arteriæ, quod fieri solet a phlethor

Quid ergo indicat pulsus magnus?

Quod arteria multum dilatetur, & quod art
magnam habeat vim contractilem; dum enim
teria multum semper dilatatur, debet mom
priori se multum contraxisse, alias non tanta po
sequi dilatatio. Porro denotat quod cor magn
habeat vim contractilem, & quia vis contrac
dependet ab influxu liquidi nervei, ergo id ma
copia debet influere, alias non tam magna se
retur contractio, sed dictum ante quod influ
sanguinis venosi in cor stimulet ad influxum liq
nervei, & contractionem, dum ergo nunc co

fortius contrahit, uti ſub magro pulſo fit, indicium eſt, quod ſanguis venoſus multus redeat ad cor & irritet.

An hoc certum eſt, quod influxus ſanguinis venoſi irritet & contractionem majorem faciat?

Ita & id experiri poteris, ſi ſubito curris, ſanguis tum citius ad cor appellens facit ut citius quam ante & fortius ſe contrahat, quod patet ex pulſu, nam tum fortior & major fit.

An ergo motus muſcularis, ambulatio frictio, an non ſint pulchra remedia in omnibus morbis frigidis?

Vel maxime, muſculi enim dum agunt, premunt adjacentes venas, hæ preſſæ ſanguinem ulterius, ſicque ad cor pellunt, cor inde deducitur ad majorem contractionem, quia magis ab illo ſanguine ſtimulatur, dum nunc cor ſe fortius contrahit, majorem motum imprimet humoribus & humores arteriis, unde etiam arteriæ ſe contrahent fortius, hinc major erit actio humorum in ſolida, & ſolidi in humores, cum nunc vigor circu ationis inde pendeat, patet, quod circulatio optime debeat inde augeri.

Unde ſcitur quod cordis contractionis cauſa ſit inluxus liquidi nervei?

Ex eo, quia ſi nervi paris octavi ligantur, qui ranſeunt ad cor, cor ſe non amplius contrahit.

Cur cor dexterum & auricula dextera debilior quam uricula & cor ſiniſtrum?

Quia cor dexterum debet ſanguinem tantum ellere per ſyſtema arteriæ pulmonalis, cor vero niſtrum pellere debet per totum corpus, hinc ma s robur requirebat.

Cur

Cur cor dexterum majus quam ſiniſtrum?

Quia plus ſanguinis venit ad cor dexterum quam ſiniſtrum, hinc quoque oportebat ut capacitas cordis dexteri correſponderet venienti illuc ſanguini.

Cur ergo omnis ſanguis qui in corde dextero eſt non venit ad cor ſiniſtrum?

Primo quia magna quantitas in pulmone expirat, ſecundo quia etiam copioſus mucus ſecernitur in aſpera arteria ex ſanguine huc allato, ergo diſpendium ſanguinis inde fieri debet.

Quid eſt uſus cordis?

Sanguinem continuo expellere & admittere, ſicque circuitum humorum conſervare.

An ergo opus eſt ut humores continuo circulent?

Vel maxime, ſanguis enim extra corpus concreſcit, dum eſt in quiete, ſed dum continuo agitatur, manet adhuc fluidus.

An etiam cor aliquid præſtet chylo, qui cum ſanguine venæ ſubclaviæ venit ad cor dexterum?

Chylus cum parva tam quantitate in venam ſubclaviam ſemper admittatur, & cum ſanguine deducatur ad cor dexterum, patet facile, dum id ſe contrahit, chylum cum ſanguine debere confundi, & initium mixtionis debere fieri, melius tamen chylus commixtus erit cum ſanguine dum ex corde dextero in pulmonem pulſus, ubique mire mutatus venit in cor ſiniſtrum.

Qualia vitia obtinere poſſunt in corde?

Plurima, generaliter revocari poſſunt ad contractionem nimis fortem, & nimis debilem.

Quales morbi naſcuntur ex fortiori contractione?

Omnes febres nullis exceptis, dein major calor?

Quales morbi naſcuntur ex debiliori contractione?

Omnes qui dependent a languida circulatione, uti ſcorbutus, cachexia, obſtructiones variorum viſcerum, uti pulmonis, unde tuſſes, aſthmata, obſtructio hepatis &c. de his poſtea, ubi de malis oriundis ex ſanguine ſpiſſo mucoſo.

Pulſus dum nimis celer quid indicat?

Denotat celeriorem influxum liquidi nervei in cor.

Nimis celer pulſus unde naſcitur?

A celeriore contractione cordis, celerior autem contractio cordis fit a ſtimulo quocunque hinc ſi ſanguis acer cor ſtimulet nimium, liquor nerveus celerius influet, inde celerior contractio cordis, ſi nunc liquor nerveus non ſufficiens influat in cor, cor non fortiter contrahetur, ſed debiliter, hinc pulſus celer & debilis.

In quibus morbis pulſus celer & debilis?

In frigoris ſtadio omnium febrium.

Qualis ergo eſt conditio cordis in omni frigore febris?

Cor tum celerius & debilius ſe contrahet, & in hoc ita obtinet, liquidum nerveum quidem celeriter, ſed non fortiter influet, unde cor ſe contrahet ſæpius ſed debilius.

An non in aliis caſibus cor debilius & celerius ſe contrahet?

Ita

Ita & præcipue in morbis plurimis nervosis, ubi liquidum nerveum inordinate movetur.

Dum cor se juste contrahit quid inde boni?

Tum bona erit circulatio, sed hæc erit vita maxima sive sanitas, ergo tum homo erit sanus : id est omnes actiones homini proprias bene exerceri possunt.

Dum cor se juste contrahit, an tum etiam arteriæ se satis contrahent?

Ita nam harum contractio dependet a facta distensione, si facta major distensio, etiam fit major contractio arteriarum, sic sanguinem optime propellunt

Tenuitas nostrorum humorum, quomodo fit per hanc circulationem?

Dum humores pelluntur a corde in arterias plenas cum magno impetu debebit hujus sanguinis magna fieri concussio cum eo sanguine, qui in arteriis est, ergo moleculæ sanguinis debent dissilire. Dein sanguis dum impellitur in arterias, latera earum distendit : ab hac distensione magna fit contractio, sic ergo moleculæ sanguinis interceptæ fortiter comprimentur, notabuntur inter se, ut sic duobus momentis in eodem situ permanere non possint, unde necessario debet nasci & manere fluiditas.

An etiam justus Calor adsit sub justa circulatione?

Ita, nam calor sequitur ex attritu, qui attritu fit inter sanguinem & vasa, si magna est circulatio : ergo magnus etiam erit calor.

An bonus & satis tenuis sanguis necessarius in nostro corpore?

It

Ita, nam ex sanguine debent fieri variæ secretiones & excretiones, ad quas requiritur sanguis tam tenuis, qui in vasa secretoria & excretoria ire possit.

Si nunc cor debilius se contrahat, ut hinc languidior fiat circulatio, qualis inde fit sanguis?

Fluidus manet per justum motum & incrassatur in quiete uti dictum, si ergo nunc debilius moveatur sanguis, incrassabitur & nascitur in hominibus debilioribus phlegmaticis spissitudo mucosa, in melancholicis, in quibus terra prædominatur, spissitudo terrestris.

DE QUANTITATE SANGUINIS EXCEDENTE SIVE DE PLETHORA.

Quid est Plethora?

Est abundantia boni sanguinis cum impedimento actionum.

Quænam sunt causæ facientes plethoram?

Sunt omnes eæ, quæ possunt facere ut in homine sano robusto plus sanguinis generetur quam ad hujus corporis sustentationem requiratur:

Quando ergo nascitur plethora in homine?

Si dentur causæ in corpore, quæ copiosum chylum & inde sanguinem faciunt, & quæ dein impedire possint, ne excrementa, quæ quotidie debent nasci & excerni, non ea quantitate excernantur, qua deberent.

Quænam nunc sunt eæ causæ, quæ faciunt nimium sanguinis generare in homine?

Coctio prima & secunda bona, nam dum bonus sanguis abundat, non potest abundare nisi bene habe-

habeant eæ causæ, quæ eum faciunt, quæ sunt cōc
prima & secunda. venæ debent esse laxæ,arteriæ aut
fortes, sanguis copiosus non potest fieri sine robore
terarum, dum vero venæ laxæ & amplæ sunt t
sanguis ex arteriis propulsus in venis in magna qu
titate potest colligi: requiritur etiam ad plethor
victus plenus nec irritans, sanguis fit ex chylo,
chylus ex alimentis, hinc ut copiosus sanguis g
neretur, debent quoque alimenta sufficientia
satis succulenta ingeri: victus autem is debet sin
esse blandus, alias circulatio sic inde augeretur,
attenuatio & perspiratio superflui sanguinis fier

An hæ solæ causae plethoram possunt generari?

Negative, nam si causæ consumentes sanguin
simul augeantur, tum superfluus sanguis sem
attenuabitur & specie excrementorum ejicietu
corpore.

Quaenam sunt causae consumentes?

Sunt omnes eæ, quæ circulationem augent,
majorem sanguinis copiam in corpore requirun
quia multum disperdunt.

*Quænam sunt causæ consumentes imminutæ,
quæ faciunt generari plethoram?*

Ætas media, ibi enim causa consumens nem
major nutritio non amplius fit, hinc nec ampl
non tam multum sanguinis requiritur. secundo so
nus multus, sub somno enim quiescunt muscul
& circulatio venit ad majorem languorem, h
minor consumtio. tertio animus sedatus, id docet
perientia, nam homines sine curis viventes fa
fiunt plethorici. Nascitur etiam plethora in ho
nibus truncatis membra; nam si pes vel b
chium alicui fuerit ablatus, tum sanguis,
ab

alias ire debebat per partem truncatam, nunc a manebit in reliquis vaſis unde facile plethora.

Quotuplex eſt plethora?

Duplex quoad vaſa, quoad vires.

Quænam eſt plethora quoad vaſa?

Hæc eſt ea abundantia humorum, ut omnia vaſa turgeant unde totum corpus rubet, & vires motrices ſanguinem adhuc movere poſſunt.

Quænam eſt plethora quoad vires?

Eſt quando copia ſanguinis a viribus corporis motricibus moveri non juſte poteſt.

Quales effectus naſcuntur ex plethora?

Varii: primus effectus eſt quod vaſa ſanguine adeo turgida debilitentur, nam a ſanguine ita diſtenduntur, ut contrahere ſe non poſſint, inde languor circulationis & naſcitur ex plethora quoad vaſa plethora quoad vires: dum nunc humores ob vaſa debilitata non poſſunt amplius juſte moveri, ſanguis quoque non manet bonus, ſed fit ſpiſſus mucoſus uti videmus in fæminis cachecticis, & omnes ex ſpiſſo mucoſo oriundi morbi de quo in capite de ſanguine ſpiſſo mucoſo: alter effectus periculoſiſſimus, ſi major calor excitetur unde rarefactio humorum, tum humores, qui hactenus omnia vaſa multum diſtendebant, ea adhuc plus diſtendent unde facillime rupturæ vaſorum, quæ ſi fit in pulmonibus naſcitur hemopthoſis: ſi vero laceratio vaſorum fiat ad vaſa cerebri naſcitur apoplexia incurabilis, alias a diſtenſione vaſorum cerebri graves dolores capitis, vertigines, &c. alias

ſi ſanguis adeo copioſus dilatat tubulos Bellinianos, ut ſanguinem tranſmittant, naſcitur mixtus cruentus: alias ſi renes in ſubſtantia corticali nimio ſanguine obruuntur, ut comprimantur tubuli Belliniani tum nil urinæ ſecerni poterit & naſcetur iſchyria, ſi vaſa cerebri rubro ſanguine nimium infarciantur, ut cortex cerebri inde comprimatur naſcetur impedita ſecretio liquidi nervei unde ſomnolentia, impotentia quoad motus muſculares &c.

Quomodo omnes dicti morbi curantur?

Subtractione ſanguinis, nam ejus copia aucta eſt cauſa malorum, ſi ergo copia imminuta, mala hic quoque ceſſabunt.

DE

DEFECTU SANGUINIS.

An requiritur juſta quantitas ſanguinis in corpore?

Affirmative, nam ſolida debent diſtendi per fluida, & ſic ſe contrahere & agere in fluida: ſi nunc humores juſta quantitate præſentes non ſunt, tum id fieri non poteſt.

In quibus caſibus datur defectus ſanguinis?

Defectus ſanguinis naſcitur ubi cauſæ conſumentes (id eſt motus & attritus in noſtro corpore) ſunt auctæ, uti obtinet in febribus ubi continuo magis deteruntur, & attenuantur humores, unde patet neceſſitas ingerendi alimenti. Dein cauſæ conſumentes etiam ſunt auctæ ſub diuturno jejunio, nam circulatio tunc continuat, ſicque fluida attenuantur, diſſipantur & ſolida deteruntur, ſic defectus ſanguinis naſcitur.

An

An non dantur alii casus, ubi datur defectus sanguinis?

Affirmative, sic datur defectus sanguinis post morbos acutos diu toleratos, post febres intermittentes, post jejunia passa. Ex hoc defectu sanguinis ex dictis jam causis nato nascitur interdum mania, ineptitudo ad movendum corpus, languor circulationis, appetitus prostatus, porro datur defectus sanguinis i n prægressis hæmorrhagiis nimiis.

Omnia ex defectu sanguinis oriunda mala quomodo curantur?

Restituendo sufficientem quantitatem humorum.

An medicus potest restituere sufficientes humores?

Directe id non potest, sed id facit natura; medici tantum est seligere alimenta, quæ viribus coctricibus hujus hominis sint proportionata.

Qualia ergo debent esse illa alimenta?

Debent esse satis succulenta facile digestilia; nam ubi datur defectus sanguinis, etiam coctio prima est valde debilis, hinc alimenta debent esse talia ut facillime abeant in chylum, dein primæ viæ sic sunt disponendæ, ut alimentum facilis coctionis bene coquant, hinc si datur defectus sanguinis post morbos acutos toleratos aliquid spirituosi & aromatici, quæ coctionem primam & circulationem excitant est admiscendum; si vero febris simul adsit tum hæc stimulantia absint, alias adhuc febris augeretur, sicque causa consumens sanguinem; si inertia adsit circulationis, uti post morbos acutos, post hæmorrhagias, ibi præcipue juscula carnium

ſunt optima, quæ tamen ubi circulatio aucta vel febris adeſt, non conveniunt, hic potius omnia ex regno vegetabili ſumuntur, uti decoctum avenæ, oryzæ cum ſucco citri, aurantiorum, decocta pomorum, endiviæ, cichorii, lactucæ, dein emulſiones conveniunt.

DE SANGUINE
SPISSO MUCOSO.

Qualia mala producit ſanguis ſpiſſus mucoſus?

Omne genus obſtructionum, ideo ſanguis in ſtatu ſano tranſit per vaſa minora, quia ſatis tenuis & figuram habet ſphæricam, & juſto motu urgetur, ſi nunc ſanguis ſpiſſus mucoſus neceſſum, eſt, ut non amplius pertranſire poſſit.

Ubi ergo ab eo ſanguine obſtructiones fieri poſſunt?

In toto ſyſtemate arterioſo, hinc ad cerebrum, ad pulmones, ad hepar, ad lienem, membranam celluloſam.

Si talis ſanguis mucoſus nimium advehatur per carotides ad cerebrum, quid inde fiet?

Tum ſecretio liquidi nervei, ſive ſpirituum animalium ſufficiens fieri non poteſt, & ſi omnino nulla fiat ſecretio, & propulſio ſpirituum, nulli ſenſus & nulli motus voluntarii fieri poſſunt, hic ſtatus, dum nempe plenaria abolitio ſenſuum & motuum habetur vocatur apoplexia frigida.

Quid eſt coma ſomnolentum?

Eſt

Eſt dum homo continuo vult dormire, & dormit, ita ut excitatus continuo iterum in ſomnum relabatur: fit ab eodem ſanguine mucoſo, qui alias apoplexiam frigidam facit, hoc coma ſomnolentum gradu tantum differt ab apoplexia frigida. nam ſi coma ſomnolentum tum increſcit, fit inde apoplexia frigida.

Sed an non etiam fit paralyſis?

Ita: Paralyſis eſt impotentia muſculorum ad motum, ſi ſanguis iſte mucoſus obſtructionem facit tantum in quadam parte cerebri, tum nervi ex illa parte orti non accipiunt ſpiritus, dum non accipiunt ſpiritus, pars, ad quam tèndunt nervi iſti, moveri non poterit, hic ſtatus vocatur paralyſis.

Nonne etiam hebitudo ſenſuum, oblivio inde fit?

Ita, nam actiones animales inter quas judicium, memoria, & omnes ſenſus interni dependent a bona conſtitutione cerebri, ut nempe cerebrum vivat, id eſt ut bonum circuitum humorum habeat: ſi nunc a ſanguine mucoſo obſtructio ſit, ut inde ſpiritus animales non ſufficientes generantur, cerebrum quoque ineptum erit ad exercendas actiones animales, ergo judicium, memoria reliquique ſenſus interni depravabuntur.

Nonne etiam dolores capitis inde fient?

Affirmative, ſi vaſa cerebri diſtenduntur nimium, ut metus rupturæ vaſorum ſit, naſcitur dolor.

Si ponatur hic ſanguis mucoſus ad membranam ſchneiderianam?

Si illuc defertur & obstructionem facit vocatur coryza.

Si vero hic sanguis obstructionem facit ad fauces, & difficilis fiat deglutitio?

Vocatur angina mucosa.

Quid fit, si hic sanguis mucosus copiosius derivetur in officinam mucosam pulmonis, uti in hominibus debilibus contingit ut inde major fiat secretio muci?

Tum totus pulmo, quoad vasa aërifera infarcitur muco, mucus tam copiose ibi hærens copia sua molestus, & irritans facit fieri tussim humidam.

Quid ergo est tussis sicca?

Est, dum homo tussit, sed parum materiæ ejicit.

Unde haec tussis sicca?

Potest fieri, dum mucus fertur in ea vasa pulmonum, eaque obstruit, ut hactenus secretio fieri non possit, ex illa obstructione & distensione vasorum sequitur irritatio, & inde tussis; alias etiam hæc tussis sicca fit a quacunque materia acri in bronchiis id est in vasis aëriferis hærente & irritante si nunc simul conjuncta difficilis respiratio, vocatur asthma siccum.

Quid si totum corpus quoad membranam cellulosam sit oppletus muco, & hic mucus vel exercitio nimio vel calefacientibus nimium medicamentis solutus deferatur subito ad cor dextrum, & inde in arteriam pulmonalem?

Tum totus pulmo opplebitur, & sanguis difficillime potest pertransire, hinc impletis vasis sanguiferis resistentia ponetur vasis aëriferis, aer non potest intrare, nec extendere vesiculas aëriferas, hinc difficilis re-

respiratio, eo difficilior quo pulmo plus eſt obſtructus vocatur hic ſtatus peripneumonia notha vel mucoſa;

Quid ex tali ſanguine fiet in hepate?

Motus in hepate in ſtatu ſano tardior quam in reliquo corpore, ſi ergo motus adhuc tardior fiat & præterea accedat ſpiſſitudo humorum facile ſequitur obſtructio: dum nunc adeſt obſtructio bilis vel penitus non, vel non ſufficiens ſecernitur, hinc manens in ſanguine facit icterum, cum autem bilis neceſſaria ſit ad primam coctionem & appetitum, patet, quod quoque appetitus & coctio debeat deficere, dum nunc deficit coctio, ea, quæ ingeſta ſunt, corrumpentur, ſi homo aſſumpſit ex regno vegetabili naſcitur acidum, ſi ex regno animali naſcitur putridum: dum nunc tale acre ſuſcipitur in ſanguinem, ſanguis fiet acer, unde ſcorbutus Ex hac coctione deficiente naſcentur porro ructus, flatus, dolores inteſtinorum colici dicti, obſtructio eadem ratione fieri poteſt in aliis partibus, uti in liene, pancreate, meuſenterio, utero &c.

Si ſanguis mucoſus mucum ſuum deponit copioſum in membranam celluloſam, utpote laxam admodum mucoſam materiem facile ſuſcipientem, quid inde fiet?

Varia tumorum genera, qui tumores prout in variis partibus, & magnitudinem variam habent, ſic varia habent nomina, ſi membrana celluloſa per univerſum corpus muco repleta, & diſtenta, vocatur Leucophlegmatia, ſi vero plurima aqua infarcta, vocatur anaſarca: ſi tumor tantum in membrana celluloſa pedum, vocatur ædema: ſi in membrana celluloſa capitis, hydrocephalus, ſi in membrana celluluſa ſcroti, vocatur hydrocele: hi tumores non tantum ſedem habent in membrana celluloſa ſed etiam in vaſis ſeroſis, & Lymphaticis, humores ſeroſi & lymphatici motum ſuum habent a corde mede

diante ſanguine, ſi ergo ſanguis non juſte movea-tur, non juſtum motum imprimet vaſis ſeroſis & lymphaticis, ergo humores in vaſis ſeroſis & lym-phaticis non juſte movebuntur, ergo ibi ſtagna-bunt, vaſa ea diſtenduntur, diſtenta ſuſcipiunt pluri-mum mucoſi & aquoſi, ergo ſic ſeries vaſorum minorum accreſſit, facitque dictam hydropis ſpe-ciem, nempe leucophlegmatiam.

An bona nutritio poteſt fieri a tali ſanguine?

Negative, ad hanc enim requiritur ſuccus nu-tritius bene aſſimilatus, aſſimilatio autem fieri non po-teſt, ubi debilis circulatio, & humores mucoſi tum enim menſtrua ventriculi, uti liquor gaſtricus bilis; ſuccus pancreaticus nimis inertia ſunt, ex-inde bona non poteſt fieri coctio, coctione deficiente non bonus chylus fit, hic dum nunc venit in ſan-guinem, & ibi etiam tarde movetur, non poteſt aſſimilari, id eſt non poteſt in bonum rubrum ſanguinem converti, neque etiam ſic bonus humor nutrititius naſci poteſt, hinc ſolidis non apponitur talis materies quæ faciat fibram fortem, naſcetur ergo fibra debilis, & omnia inde pendentia mala: caro tum admodum tenuis & laxa evadit, acce-ditque color lividus, pallidus: vocatur hic ſtatus cachexia.

Dum ſanguis ita iners mucoſus, qualia inde mala circa primas vias?

Actiones harum quoque pervertentur nam Pri-mo quia univerſum corpus laxum ſupponitur, etiam talis erit ventriculus, ergo eæ mutationes, quæ inducuntur alimentis a ventriculo forti, id eſt a ro-bore fibrarum muſcularium ventriculi, & inteſti-norum deficient. Secundo ex ſanguine inerti & mu-coſo etiam generabuntur menſtrua ventriculi non

ſa-

ſatis acria, hæc menſtrua autem maxime neceſſaria, ut fiat coctio & appetitus, patet ergo, quod hæc debeant depravari, nempe coctio & appetitus, inde omnia, quæ ingeruntur, corrumpentur, uti ante dictum eſt.

Quomodo inde naſcitur diarrhæa?

Si contingat, ut materies mucoſa copioſius deponatur verſus inteſtina, hæc conjuncta cum ſordibus, dum copia & acrimonia irritat, ex ano exire poteſt, vocatur diarrhæa.

Quid lienteria?

Si ventriculus & inteſtina adeo debilia & menſtrua ventriculi adeo inertia, ut alimenta ingeſta nimis cito tranſeant per ventriculum, & inde in inteſtina, & inde per anum, dum ſic ingeſta indigeſta prodeunt per alvum, vocatur lienteria.

Quid eſt affectio cæliaca?

Eſt dum chylus coctus cum fæcibus prodit, in hoc caſu indicatur quidem ventriculus fortior, interim indicatur tanta debilitas inteſtinorum, ut chylus qui per coctionem ventriculi factus eſt, non poſſit motu periſtaltico inteſtinorum in vaſa lactea & vaſa abſorbentia propelli.

Qua ratione ex ſanguine tali mucoſo naſcitur ſcorbutus?

Quia ſcorbutus ſupponit craſſitiem humorum una cum acrimonia, quæ facile communicatur, partim quia excrementa e corpore non poſſint ejici, eo enim requiritur juſta vis circulationis & fluiditas juſta humorum quæ hic deficiunt, partim quia humores noſtri non juſte moti abeunt in

acrimoniam, partim quia alimenta in primis viis corrupta ſanguinem quoque acrimonia inficiunt.

Qualia mala ex hoc ſcorbuto?

Variæ iterum obſtructiones, præcipue in habitu externo corporis unde corpus puſtulis obſidetur præcipue in pedibus; quia nunc autem humores obſtructiones facientes ſimul acres ſunt, & ſub ſtagnatione acriora adhuc evadunt, neceſſum ut vaſa obſtructa erodantur, unde hæmoragiæ ſæpe fiunt, præcipue ſi calida nimium adhibeantur, hæc enim humores acres fortius moventia in vaſa debilia facile rupturam creant, unde hæmorragia. Alias dum ſanguis ſtagnans plura vaſa erodit, naſcentur ulcera. Naſcuntur & alia mala prout ſanguis ſcorbuticus hanc vel illam partem afficit.

An non & ſcabies naſcitur ex hoc mucoſo ſanguine?

Affirmative, hæc fit, ſi humores craſſiores vaſa vel glandulas ſubcutanias obſtruunt ſuperveniente acrimonia & vaſa erodente; hoc autem facile ex ſanguine mucoſo evenit, præcipue ſi acrimonia acida accedat.

Quomodo ex hoc ſanguine mucoſo naſci poſſunt animi deliquia ſive lypothimiæ?

Harum cauſa in eo, quod cor deſinat ſe contrahere, ſed dum hoc, non influens ſpiritus; ſpirituum autem influxus in cor facile a ſanguine mucoſo impeditur, nam ut ſpiritus ſufficienter fluant ad cor, requiritur, ut ſanguis ſatis tenuis & ſufficienter motus veniat ad cerebellum, & ſic juſta ſecretio & propulſio ſpirituum fiat, ſi vero ſanguis mucoſus, deeſt fluiditas & juſtus motus, ergo faci-

facile impeditur ſecretio & propulſio liquidi nervei; ſed quia hac deficiente cor ſe non contrahere poteſt, patet quomodo animi deliquia exinde naſcantur.

An palpitatio cordis inde quoque poteſt naſci?

Affirmative; palpitatio cordis fit ſi ſanguinem non libere poteſt ejicere, quia poſita eſt alicubi reſiſtentia, quam cor ordinaria contractione non poteſt ſuperare, nunc talis reſiſtentia cordi poni poteſt a ſanguine mucoſo partim in arteria pulmonali, partim in aorta, & quidem hac ratione: dum ſanguis ſpiſſus in corpore, difficilius per extremitates vaſorum tranſibit, tum quia ſpiſſior eſt, tum quia vaſa debilia ſe debiliter contrahendo non propellunt juſte, quod ſi ergo contingat, ut homo mucoſus ſubito & nimium ſe moveat, vel ſcalas aſcendat, ſanguis talis in majori quantitate ad cor dexterum delatus & inde in pulmones non poterit pertranſire, (unde anxietas uti toties puellis ab obſtructis menſibus, & ſcorbuticis evenit) dum ergo ſanguis non libere pertranſit, reſiſtentia fit de novo advenienti ſanguini, ergo ſic cordi reſiſtitur inde vehementior diſtenſio cordis, ſed cor noſtrum ita conſtitutum, ut quandocumque violentius diſtenditur, aut irritatur, vehementius & citius ſe contrahat, ſed in hac contractione vehementiori & citiori conſiſtit palpitatio ergo patet quomodo hic ſupervenire debeat.

An non febris intermittens inde etiam naſci poteſt?

Affirmative, nam febris intermittens naſcitur, cum debilior & celerior influxus liquidei nervei in cor, ut ergo pulſus naſcatur debilis & celer, & rigus per univerſum corpus comitetur, eo majus,

quo

quo major languor liquidi nervei & ſic debil
contractio cordis; nunc autem dum ſanguis m
coſus, facile talis conditio in liquido nerveo ce
belloſo producetur, quæ faciat debiliorem & ce
riorem cordis contractionem, ſicque febrim int
mittentem.

Quomodo curantur dicti morbi?

Auferendo cauſam horum, quæ erat muco
ſanguis. Cum nunc autem mucoſus ſanguis de
lem circulationem ſupponat, patet, quod ad m
coſum ſanguinem corrigendum opus ſit ut circu
tio excitetur.

*Dum circulatio aucta, an tum ſpiſſus mucoſus ſa
guis attenuatur & in rubrum confecitur?*

Affirmative; videmus enim, quod homines q
juſtam habent vim circulationis ſanguinem ſa
tenuem & rubrum habeant.

*An ergo per ſolam circulationem bonam bonus
ſanguis?*

Ita, ſed ſimul opus eſt, ut bona alimenta in
rantur & juſte coquantur, ut ſic inde bonus
chylus, qui juſta circulatione in bonum ſang
nem convertatur.

*Ut ergo in noſtro caſu ex ſanguine mucoſo ſanguin
bonum faciam in corpore quid requiritur?*

Ut coctionem primam & ſecundam reſtitua

*An opus eſt ad bonum ſanguinem conficiendum
prima coctio vel chilopoeſis ſe bene habeat?*

Affirmative, nam vitium, quod in prima coct

ne contractum, non emendatur in secunda, si ergo malus chylus, malus etiam sanguis.

An ergo in omnibus dictis morbis debeo habere rationem primæ coctionis, & alimentorum ?

Affirmative, nam ex alimentis ingestis fit chylus ope primæ coctionis, hinc alimenta debent esse talia, quæ ab hoc homine, qui ea ingerit, coqui possint & actiones naturales debent esse ita constitutæ, ut hæc alimenta subigere & coquere possint, alias non bonus chylus, sed cruditates inde nascentur.

Dum nunc in nostro casu coctio prima non bene se habet quid est agendum ?

Solent communiter in nostro casu primæ viæ copioso muco esse obductæ & cruditatibus oppletæ; hinc si etiam bona alimenta ingerantur, iis commista in similem naturam abibunt, ergo nulla coctio, dein mucus in ventriculo hærens inviscat bilem, & liquorem gastricum, hinc quoque coctio inpeditur, porro hic mucus solet etiam sæpe hærere copiosus ad latera intestinorum, sic ergo vasa lactea obstruuntur, ut Chylus in interiora suscipi non possit, præterquam, quod hic mucus lateribus intestinorum adhærendo ea sic debilitet ut motus peristalicus fieri non possit qui tamen absolute requiritur, ut chylus in interiora duci possit.

Quid ergo agendum, ut primæ viæ bene disponantur, & bonus chylus paretur?

Mucus primas vias obsidens evacuandus & attenuandus ut commode evacuari possit, hæc evacuatio fit vel per vomitum vel per alvum. Si per vomitum velis evacuare.

℞ *Tartari Emetici gr.* IV
Conserv: Rosar: rubrarum dr: III
M. fiat bolus mane ſumendus.

vel

℞ *Croci metallorum gr.* VI
Vini rhenani unc: II
Stent per noctem, colaturæ adde.
Syrup cichor: cum Rheo unc: ß
Fiat hauſtus mane ſumendus.

vel

℞ *Rad: Jpecacoan: dr:* I
Vini albi unc: II
Infunde per noctem, colaturæ adde.
Oximel: ſcill: unc: ß
M: fiat hauſtus mane ſumendus

Quando adhibentur purgantia?

Præmiſſis emeticis ſub jungi poſſunt, vel eti dari poſſunt omiſſis emeticis V: G.
℞ *Maſſa Pilul. Rufi*
——— *Coch:* ā *Scrup:* II
cum Elixire proprietatis Fiant
Pillulæ ſingulæ gr: III
Capiantur mane & veſperi N°. 7 vel 8.

vel

℞ *Rhei electi Sc.* IV.
Syrupu Cich. cum Rheo dr: VI
Aqua corticum aurantiorum unc: II
M: ut F: Hauſtus. mane ſumendus.

℞

vel

℞ *Sap: Ven: dr:* III
Rhei electi dr: II
Aloës purissime scr: II.
Massa Pil: Rufi,
Galbanum ā *dr:* I
Olei stillatii mentæ
—— —— Citri āā *gustas* VI
Cum Balsamo peruviano fiant pill. sing: Gr: III

Sumantur omni bihorio 2 vel 3 vel 4 tuor.

An non debent superfluum aquosum & mucosum quod est in sanguine deinde & particulae excrementitiae retentae per alvum vel alia emunctoria ejici?

Affirmative, licet tamen non semper opus sit medicamenta evacuantia adhuc præscribere, nam si primas vias bene disposuisti, ut possit bona coctio fieri, & si circulationem ad justum tenorem reduxisti, ut ex chylo bonus possit fieri sanguis, tum natura solet sponte excrementium collectum expellere via urinæ vel alvi, vel, sudoris &c.

Sæpe tamen dum natura languidior & tam cito justa circulatio restitui non potest, purgantia, diuretica, sudoritera intermiscentur iis quæ circulationem debent excitare, unde tum nobilissimi effectus solent nasci; hoc scopo tum præscribi possunt vina medicata V: G:

℞ *Rad: calamit: ariomat:*
helen:
Gentian ā *unc:* I
Summitat centaur min: M: I ß
Cortic citri
Aurantior:
Magellan ā *unc* ß
Fibrar: hellebor: nig.

Fol

Fol: ſenn: āā *unc:* III
Rhabarb: unc: ß
Sal: polychreſt dr: II

Conſciſſa digere ſervide in Vaſe Clauſo per me- diam horam Cum aquæ ℔ II facta refrigeratione admiſſe.

Vin: rhenan ℔ III

Colaturam exhibe.

De eo Capiatur aliquoties per diem poculum unum vel alterum

Vel

℞ *Rad: Imperatoriae*
Zedoariæ
Ariiſtolochiæ longæ
Rotundie āā *dr:* VI
Galingæ
Cinnamomi
Cubebarum āā *dr:* III
Fol: ſenn: unc: I
Rhabarbar: dr: VI
Fibrar: Helleborınigri dr: III
Sal: abſinthi: dr: II

In ſunde Cum aquæ ſervidæ ℔ 18 refrigeratis add:

Vini Rhenani: IV

Colaturam exhibe

Capiatur mane & vesperi unus vel alter Cyathus,

Quomodo ergo reſtituitur bona Circulatio?

Pe-

Per ea, quæ instrumenta circulationis ad suum vigorem reducunt, id est quæ agunt in solida roborando, in fluida attenuando, hic ergo usui veniunt adstringentia, stimulantia, saponacia, amara &c. huc pertinent inter adstringentia

Cortex Chinæ
—— *Capparidum*
—— *Tamarisc*
Limatura martis
Vitriolum Martis
Tinctura martis
—— *Corticis peruviani &c.*

Attennantia, stimulantia, amara

Radix Gentianæ
—— *Calami aromatici*
—— *Galangæ*
—— *Helenii*
—— *Imperatoriæ*
—— *Angelicæ*
—— *Raphani-Rusticani*
—— *Ari*
—— *Vincetoxici*
—— *Zedoariæ*
—— *Zingibris*
Folia absinthii
—— *Centauri minoris*
—— *Cardui benedicti*
—— *Camedrios*
—— *Camepitios*
—— *Marubii*
—— *Menthæ*
—— *Majoranæ*
—— *Cochleariae*
—— *Beccabungæ &c.*
Cortices Cinnamomi

—— *Magellanici*
—— *Citri*
—— *Aurantiorum.*

Tinturæ
Effentiæ
Spiritus
Extracta
Olea

Ex his parata, uti tinctura
Raditis Helenii
—— *Myrrhæ*
—— —— *Succini*
—— *Gummilaccæ*

Spiritus antiscorbiticus
—— *Vitæ matthioli*
—— *Carminativus.*
—— *Matricalis &c.*

Aromata uti
Nux muscata
Caryophylli
Zingiber
Gummi Refinæ uti
Aloë
Myrrha,
Sagapenum,
Amara uti
Galbanum
Fel tauri
Fuligo
Extractum absinthii
Extract. Centaurii minoris
Extractum gentianæ
Salina uti
Sal absinthii
—— *Polychreftus*
Sapo venetus
—— *Starkei ;*

Ex his nunc variæ fieri Possunt formulæ. V. G.

℞ *Gu*

℞ *Gum: ammoniac*
sap: venet:
myrrhæ ā *dr*: II
balsam peruvian: ℈: *S*:

Fiant pilulæ singulæ gr, III
Capiantur duæ vel tres omni bihorio

vel

℞ *Extract Rad. Helenii*
——— ——— Rhabarbari ā *dr*. II
Galbani
Massæ Pill: Rufi ā *dr*. I
Olei stillatitii
——— Majoranæ
——— Menthæ ā *gut* V
Misce F. Pil. singulæ gr: III

Capiantur ut prius
Hæ pilulæ præstantissimi sunt usus, ubi coctio prima & bilis deficit & Hepar est obstructum

℞ *Extracti Absinthii*
Fellis Tauri ā *dr*: I
Myrrhæ
Galbani ā *dr*: I *&* ß
M. F. Pilulæ singulæ gran. III
capiantur ut prius

vel

℞ *Limaturæ martis dr*: VI
Galbani
Myrrhæ ā *dr*: I
Olei stiltitii cinnamomi
——— ——— Baccarum junip: gutr: VI
M. F. pilulæ gran. III
Capiantur ut prius.

In quibus morbis frigidis adhibentur faetida, ut galbanum, sagapenum, opopanax, assa faetida, castoreum, succinum &c.

Ubicunque spissitudo mucosa regnat in corpore nata ex inordinato motu liquidi nervei, sunt enim homines, qui motum liquidi nervei facillima de causa habent turbatum uti præcipue contingit in fæminis mobilibus, admodum teneris & macilentis, dum hic motus liquidi nervei sic turbatus est, & impetuosior fit, & ita impetuosius fertur ad cor, hoc quoque impetuosius contrahetur ut interdum vel etiam palpitet; hactenus ergo corde se fortiter contrahente satis magna est circulatio; sed dum tam impetuose contrahitur cor & liquidum nerveum tam impetuose influit in nervos & villos musculares cordis, injuria iis infertur id est debilitantur inde, ut postea dum non tam magnum amplius motum & influxum liquidi nervei accipiunt, debiliter admodum se contrahant, inde debilis contractio cordis, hinc languens circulatio & spissus mucosus fiet sanguis, id est nascentur ea mala, quæ supra jam descripta sunt, quæ mala proinde eadem ratione debent tolli uti dictum supra nempe roborantibus, stimulantibus, attenuantibus &c: sed quia sanguis pituitosus natus ex illo inordinato fluxu liquidi nervei & inde facta debilitatione cordis hinc talia medicamenta seligenda quæ præter vim stimulandi, attenuandi, roborandi etiam vim habeant inordinatum motum liquidi nervei compescendi & impediendi ne hic inordinatus fluxus, (qui sæpius redire solet) recurrat, hoc scopo sumuntur gummi resinæ fætidæ, aliaque stimulantia fætida sive ex regno vegetabili fossili vel animali, quæ crassioribus suis partibus agant in vasa & humores crassiores partibus vero tenuio-

tenuioribus in humores ſubtiliſſimos, nempe in liquidum nerveum, inordinatum ejus motum in ordinem redigendo, & ſi ejus motus elanguerit, excitando, & impediendo novum paroxiſmum.

Hoc ſcopo ſumentur ſequentia vel ſimilia.

℞ *Sagapeni*
Oppopanacis āā *dr.* I
Aſſæſaetidæ *ſcr*: II
Caſtorei *ſcr*: I
Cum balſamo paruviano F: P: ſing: Gran: III

vel

℞ *Galbani* *dr*: II
Oppopanacis
Aſſæfaetidæ āā *dr*: I
Caſtorei *ſcr*: II
Olei *ſtillatitii* *ſucc*:
—— —— —— *Major*:
—— —— —— *Ruthæ* ā *gutt*: III
M: F: cum balſ: peruv: pll: ſing: gran: III

vel

℞ *Succini*
Myrrhæ āā *dr*: II
Vitrioli martis
Caſtorei āā *ſcr*: II
Olei *ſtillatitii*
—— —— *Roriſmarini*
—— —— *Ruthæ* āā *gutt*: IV
Cum balſ: peruv: F: pillulæ ſing: gr: III

Vel

℞ *Extract: cortic: peruvi:*
Sagapeni ā *drach:* ß
Succini dr: II
Olei stillatitii caryophyl:
——— ——— *Thymi* ā *gut:* V
Cum balsamo peruviano F: pil: sing: gr: I
Sumantur de his pillulis 2 vel 3 omni bihori

Si vero ægri formam pilularum renuant & indi-
catio sit talia fætida esse exhibenda tum tincturæ
spiritus, olea stillatitia &c: inde parata - form
mixturæ &c: dantur
uti Tinctura succini
Tinctura Castorei
Spiritus Embryonum &c: quod in se-
quentibus exponetur.

*Si vero sanguis mucosus ex hoc inordinato motu li-
quidi nervei non sit natus; sed ex nimio otio, ex diet
aquosa & oleosa, ex cibis glutinosis, & debilitate fibra-
rum ut tum spiritus rector faetidus non adhiberi debea
si tum homines dictas pilulas sumere non possint, a
non aliæ formulæ tum praescribi possunt, quæ idem
præstent?*

Affirmative ac in primis forma mixturæ V: G:

Aquæ Baccarum juniperi
——— - *Cochleariæ* ā *libr:* ß
Tincturæ myrrhæ dr: VI
Spirit: antiscorbutici unc: I & ß
Syrup: quinque radicum aperientium unc: I
Ut fiat mixtura.

Vel

℞ *Aquæ Corticum aurantiorum*
——— *Menthae lib.* ß

II

Tincturæ Corticis magellan:
Spirit matricalis ãa *unc* I
Syrup hæderæ terrestris unc I
Misce ut F: Mixtura.
Sumantur de his omni bihorio duo cochlearia

Vel

℞ *Aquæ menthæ unc*: VI
Spiritus —— *unc*: ß
Tincturæ radicis helenii unc: I
Syrup menthae unc: I
M. ut F. Mixtura.

De qua omni bihorio cochlear sumendum, hæc mixtura præprimis optimum effectum exerit, dum sanguis mucosus ventriculum nimis allicit, & coctio fere nulla fit.

Vel

℞ *Ole: stillatitii cinnamomi*
Caryophyllor
Citri
Aurantiorum
Juniperi ãa *gtt*: III
Sacchar: *dr*: VI
Redige in Eleosaccharum admisce
Elixir proprietat
Sp: *Cochleari*: ã *unc*. I
Syrup Menth: *unc*. I & ß
fiat Mixtura
De hac Sumantur omni bihorio Cochlearia duo vel tria

Vel

℞ *Aquæ Baccarum junip*:
Sp: *Antiscorb*: ã *unc*: ß

Sal: Volat: oleosi dr: II
Oximel scillitici unc: IV

M. ut F: Mixtura

Vel

℞ *Aquæ cochleariæ lib.* I
Spirit vitæ matioli unc: I
Oximel: scillitici unc: III
Tincturæ croci dr: II
Syrup hyssopi Zwelfferi unc: I
M: ut F: Mixtura

De his mixturis omni bihorio sumi possunt duo vel tria cochlearia præcipue in affectibus frigidis pulmonum, dein in obstructionibus mesenterii in pueris, ubi tamen bene addi potest Sal polychr: ad drachmas 2 vel 3 licet etiam in aliis supradictis morbis ,si vero agendum est in systema nerveum & motus inordinatus liquidi nervei in ordinem redigendus, tum sumuntur sequentia vel similia

℞ *Aquæ ruthæ*
——— *Majoranæ* āā *unc:* IV
Tincturæ succini dr: VI
——— *Castorei dr:* II
Syrup artemisiæ unc: I
fiat Mixtura

De qua omni bihorio vel trihorio sumantur 2 Cochlearia

Vel

℞ *Aque pulegii*
——— *Rutæ* āā *unc* V
Castorei optimi scr: I
Pulvs succini scr: II
Spirit embryonum dr: VI

Sy-

Syrup: ſtæchados unc I
M: ut F: mixtura

De qua capiantur omni bihorio 2 cochlearia

vel

℞ *Aquæ Rorismarini lib:* I
Tincturæ Gummilaccæ
——— *Succini* ā *unc:* ß
Spirit: Rorismarini unc I
——— *Artemiſiæ dr:* VI
M: ut F: mixtura.

De qua omni bihorio vel trihorio ſumantur duo cochlearia

Si arrideat mixtura conſentrata tum
℞ *Tincturæ radicis helenii unc:* I
Detur ad vitrum

vel

℞ *Tincturæ gummilaccæ*
——— *Radicis helenii* ā *unc:* ß
M: detur ad vitrum

vel

℞ *Tincturæ myrrhae*
——— *Corticis magellanici unc:* ʒ
M: detur ad vitrum.

vel

℞ *Spirit: antiſcorb: unc:* I
Tincturæ martis Lodevici drach: VI
M: detur ad vitrum

Vel

℞ *Spirit Embryonum unc*: I
Elixir proprietatis unc. ß
M: detur ad vitrum.

vel

℞ *Tincturæ corticis peruviani*
------ - Succini ā *unc*: ß
Spirit: *embryonum dr*: VI
M: detur ad vitrum.

De his omnibus capi possunt quater per diem 60 ac 70, quin 80. guttæ in vino vel in cerevisia

vel

℞ *Tincturæ succini dr*: III
--------- Castorei
--------- Assæ fœtidæ
Salis volatilis oleo: ā *dr*: II
M: detur ad vitrum.

Capiantur quater de die 40 vel 50 guttæ ex vino vel cerevisia.
Si velis infusiones vinosas tum

℞ *Limaturæ martis*.
Cort: *Peruviani*
----- Tamarisc.
----- Magelanici

Rad: *calam aromat*; ā *unc*: II
----- Imperatoriæ unc: I
Semin quatuor frigid minor drach: VI

Concissa contusa infunde in phiala alta chemica cum vini rhenani libris VII digere per quatuor horas colaturam exhibe.

Ve

vel

℞ *Cortic: tamarisc unc:* III
Cortic cinamomi
----- *Winterani* ā *unc:* I
Rad: helenii
----- *Imperatoriæ*
Lim: martis ā *unc:* I
Sem: cardamomi minoris
----- *Dauci cretici* ā *dr.* VI

Concissa contusa infunde cum vini rhenani libris VI digere uti in priori, colaturam exhibe. Sumatur de his quater de die poculum. binæ hæ infusiones etiam cum cerevisia fieri possunt eadem ratione uti cum vino.

vel

℞ *Raphani rusticani*
Rad: Gentianæ ā *une:* I
Summitatum centauri minoris
Folia menthæ
----- *Majoranæ* ā *manipulum* I
Corticis magelanici
----- *Aurantiorum* ā *dr:* VI
Sal: polych: dr: II

Digerantur in lagena vel in phiola per aliquot dies cum vini pintis 3bus

vel

℞ *Rad: helenii*
----- *Imperatori*
angelicæ ā *unc:* I
Fol: Betonicæ
----- *Camedrios*
----- *Marubii*

Cen-

Centaurii minoris ā *manipulum* I
Cortic: citri
----- Cinnamomi ā *unc* ß
Baccarum junip: drach: VI.

Concissa contusa infunde cum vini vel cerevisiæ pintis quatuor, digere uti prius capiatur de hoc quater vel quinquies per diem poculum.

Si obstructio facta fuerit in seriebus vasorum minoribus ut inde sic dicta artritis nascatur optimum hoc est remedium uti & in reliquis omnibus à sanguine viscido oriundis morbis

vel

℞ *Raphani rustic:*
Baccarum juniper: ā *unc:* I
Rhei drach: VI
Summitatum absinthii
----- Centaurii minoris ā *man:* I:
Sem: quatuor calid minor dr: VI.
Digere cum vini pintis 3 bus.

vel

℞ *Raphani Rustican: unc:* II
Cochleariae
Trifolii aquatici ā *man:* 2
Cortic: aurant: No. 8
Nucis muscatæ No. 11
Infunde per triduum cum cerevisiæ lib: 8 bibatur inde sæpius per diem.

Si forma pulveris arrideat tunc

℞ *Olei stillatitii Cinamomi gut:* VIII
Caryophyll:
Macis ā *gut:* III
Diu simul tritis admisce

Li-

Limaturæ Martis non rubiginatæ unc: I
Pulv diagalangæ dr: 2
Myrrhæ rubræ dr: III

M. F: Pulvis tenuissimus in Phiola clausa sicca servandus

Vel

℞ *Cortic: peruviani*
Winterani ā I
Semin: Anisi drach. VI
Limatur. Martis non rubiginatæ dr: XII

M: fiat Pulvis.

Vel

℞ *Limaturæ martis drach:* VI
Pulv: Zedoariæ unc ß
Galangæ drach. II
M: fiat Pulvis

Vel

℞ *Limaturæ martis drach:* VI
Myrrhæ unc: I
Macis
Cinnamomi ā *drach.* II
M: ut Pulvis Fiat

De his sumatur ter vel quater per diem ad culteri cuspidem in vino vel in Cerevisia.

Si arrideat forma electuarii

℞ *Theriac: diatesseron unc:* III

Vel

℞ *Theriac: diatesseron unc:* II
Rad: Zingiberis Conditæ unc: I
Pulv: diagalangae drach: II
Syrup Tunicæ Q: S.
Fiat Electuarum

Vel

℞ *Rad. heleni conditae*
Cortic: aurant: Condit: ā *unc* II
Eleosaccari corticum aurantiorum unc: ß
Syrup kermes q: s:
Electuarium

Vel

℞ *Conserv. antthos*
Nucis muscatæ conditæ ā *unc:* I
Pulv corticis magellanici dr: II
Syrup: 5 radic: aperientum Q. S:
fiat electuarium.

Vel

℞ *Conserv: menthæ unc:* II
Rad Zingiberi conditæ unc I
Limaturæ martis drach: VI
Syrup artemisiæ q: s: ut F. Electuarium

De his capiatur ter vel quater perdiem ad drach: II vel III

interdum etiam præscribuntur thei formia vel corsim vel adhibentur cum prioribus loco vehiculi præcipue si mixturæ consentratæ adhibeantur sic.

℞ *Rad: angelicæ unc:* ß
Levistici unc: I
Cortic: cinnamomi
Winterrani ā *drach* II
Flor: lavendulæ manip: ß
Semin levistici
Ligni sassafras ā *unc:* ß

Confciffa contufa dentur ad fcatillam de hoc bibatur aliquoties per diem.

vel

℞ *Semin: anifi*
cervi
apii
dauci cretici ā drach: VI
cardamomi minoris unc: ß
Radic: angelicæ
Magellanici ā unc: I

vel

℞ *Fol: majoranæ*
rorismarini ā m: Iß
Flor: matricariæ
camemilli ā m. ß
Cortic: cinamomi
magellanici ā drachm: III
Sem: anifi

Talia infufa theifomia quia non ita fortiter ftimulant uti priora fed tantum vim diluentem & leniter ftimulantem & refolventem exercent hinc convenientiffima funt in iis cafibus ubi mucofum in membrana cellulofa nimis cito illiquatum uno impetu in vifcera nobiliora irruit uti in cerebrum vel pulmones vel fauces uti toties fit in hominibus mucofis tempore verno dum rarefactio & major calor excitatur in corpore, vel fi tales homines eodem tempore fe fortius movent vel medicamenta calidiora in nimis magna dofi affumunt, vel vinofis fe nimis ingurgitant, tunc fæpe folvitur uno impetu plurimum muci, idque ad pulmones veniens eofque obftruens facit peripneumonian notham.

Vel fi fuperet anguftias arteriæ pulmonalis & cerebrum petat, inde cerebrum oppletur unde

um

tum affectus capitis ut affectus ſoporoſi naſcuntu
& ſi increſcunt apoplexia, ſi in talibus caſibus ve
les dare ſtimulantia, quæ in prioribus, cont
mucoſum ſanguinem commendata ſunt, mucum a
huc magis illiquares in membrana celluloſa
obſtructionem partis affectæ augeres: in hoc ca
indicatio quidem eſt reſolvere attenuare mucoſu
ſanguinem, ſed ob dictum periculum talia tantu
reſolventia ſumenda quæ præcipue agunt diluenc
& leniter vaſa ſtimulando ut ſic per talia diluent
ſanguis tenuior fiat & poſſit vaſa cerebri vel pu
monum vel faucium permeare, lenis ſtimulus a
ditur ut vaſa per mucum diſtenta & debilia lenit
irritentur ut diluens aquoſum ſanguini mucoſo i
termiſceri poſſit ſicque fluidum factum propelle
optimum autem eſt addere ſales neutros qui att
nuant ſanguinem ſine ſtimulo, quod hic neceſſ
rium, ſi nunc dilutionem & attenuationem ſa
guinis impetravi, tum roborantibus & ſtimulan
bus antea propoſitis procedo & augeo circulatione
ut omne mucoſum in corpore hærens devincatu
& ſic periculum tranſlationis hujus muci in pa
tes adeo nobiles avertatur ex his nunc patet c
infuſa theiformia adeo conveniant vel etia
ſequentia.

℞ *Rad:* *Graminis*
bardanæ
ſalſaparillæ ā *unc:* II

Coque cum aqua pura Q: S. per ½ horæ
tum immitte

Rad: fœniculi
leviſtici
Glycyrrhiſæ
Raſur: ligni ſaſſafras ā *unc:* ß.

Cu

Bulliant adhuc per $\frac{1}{4}$ horæ vaſe clauſo
Colaturæ unc: IV. admiſce
oxymel ſimplicis unc: IV
rob juniperi unc: I
ſalis polychreſt: drach. II
M: detur ad vitrum

Vel

℞ *Ligni ſantali citrin:*
ſantal: albi
rubri ā *unc:* I
Coque per $\frac{1}{4}$ horæ, dein adde
Rad: fœnicul: unc: IV
raſur: lig: ſaſſafras unc II
glycyrrhiſæ unc I
Bulliant adhuc per $\frac{1}{4}$ horæ dein
colaturam ℔ IV exhibe
detur ad vitrum

Vel

℞ *Rad: fœniculi unc:* III
graminis unc: IV
Fol: parietariæ
agrimoniæ
majoranæ ā *m:* Iß.
Flor: ſambuci
camæmill: ā *drach:* VI
Semina quatuor calid: minor: ā *drach:* II

Coque cum ſufficiente quant: aquæ per $\frac{1}{4}$ horæ vaſe clauſo colat: pint II exhibe
De his omnibus præſcriptis medicamentis vaſculum (Thee Thekopje) omni bihorio vel trihorio propinandum.
Dum deobſtructio his aliquo modo impetrata eſt tunc ſenſim calidiora uti ſpirituoſa intermiſceri

G poſ-

possunt, vel formari mixturæ e spirituosis præci-
pue si cerebrum fuit affectum, ut inde defectu
spirituum, vel tum etiam possunt eadem in-
fusa continuari vel decocta & admisceri ter ve
quater per diem guttæ 30 vel 40 sequentes.

℞ *Tinctur: antimoni*
succin: ā *drachm* III
croci
Spirit: embryon: ā *drachm:* II
M: detur ad vitrum.
Vel sumatur de sequenti pulvere

℞ *Sal: polychrest:*
cremor tart: ā *drach:* II
milleped: præparat:
salis volat: succ: ā *drachm:* ß
M: fiant pulveres No. X.

Capiatur unus cum infusis vel decoctis dictis ter
vel quater per diem.

Dicta decocta & infusa nobilem etiam usum haben
in omnibus obstructionibus vasorum minorum hinc
in arthritide chiragra podagra, rheumatismo simili-
busque morbis

Circa omnia ante proposita medicamenta
esto cautela, quod cautè cum his procedendum est
in hominibus admodum inertibus, crassis, mucosis
fibra debili laborantibus sides in his stimulantia ca-
lidiora & majori dosi; sæpius mucus in partes no-
biliores defigitur & facit affectus soporosos, ve
peripneumoniam notham, vel si levius inde ma-
lum, bona fortuna nascitur, fit maxima anxietas
dum nempe sanguis tam cito non potest
pertransire per pulmones quam adfertur inde
vasis arteriosis pulmonum nimium oppletis resisten-
tia ponitur vasis aëriferis ut ab aere juste extendi non
possint hinc difficilis fit respiratio & ainxietas, quod
non tantum a medicamentis calidis sed etiam sæpius
&

venit a motu, sic dum puellæ chloroticæ scalas ascendunt uti & scorbutici difficilem respirationem incurrunt, huic anxietati etiam vehementissima cordis palpitatio accedit dum enim sanguis e corde dextro in pulmonem emittitur & sistitur cordi ponitur resistentia nec sanguinem acceptum libere ejicere potest, ubicumque autem cordi talis ponitur resistentia ut se evacuare non possit semper numerum & fortitudinem contractionis auget unde palpitatio, hæc autem palpitatio non tantum ex eo nascitur quod sanguis sistatur in pulmone & cor dextrum se evacuare non possit sed nascitur etiam dum cordi sinistro ponitur resistentia ut sanguinem per aortam non libere transmittere possit, quod, dum sanguis mucosus in corpore est & citus pellitur ad cor, evenire potest: pone enim sanguinem a corde sinistro majore quantitate & celeritate emitti, vasa autem esse debilia, ea quidem dilatari sed non juste contrahi, dum sanguis ibi stagnabit, resistentiam ponet novo venienti sanguini usque dum hæc resistentia perveniat ad ipsum usque cor, unde palpitatio, ex distensione autem nimia vasorum debilium sæpe fit ruptura, quæ si in cerebro, fit apoplexia, si in abdomine hydrops, si in aliis partibus corruptiones, putrefactiones & plurima inde oriunda mala.

DE SANGUINE MELANCHOLICO

SIVE ATRABILARIO.

Quid est sanguis melancholicus?

Est talis sanguis qui ratione reliquorum principiorum prædominium habet principii terrestris

uti obtinet in hominibus melancholicis: dum h humor melancholicus adhuc aptus est transire p omnia vasa tam diu dicitur humor mela cholicus sanus, si vero aquosa pars sic dissipata e in sanguine ut sal terra & oleum in humorem im meabilem variis in locis obstructiones faciente conversus est, tum dicitur humor melancholic morbosus sive atra bilis.

Quænam sunt causæ quæ atram bilem generan sive quæ ex humore melancholico sano, faciunt, ta crassum ut non amplius transire possit per vasa?

Omnes eæ causæ quæ possunt facere ut prin cipium aquosum e corpore magis excutiatur, cum nunc fluiditas humorum dependeat ab aqua, nece sum est ut hac excussa, spissitudo fiat. huc pert nent primo motus muscularis nimius & diu con tinuatus hac enim ratione dum circulatio continu est aucta, tenuiora dissipantur e corpore ut ergo re liqua tum magis possint coïre. secundo aër nim calidus, hic enim vim habet tenuiora nostri corpo ris dissipandi & imbibendi, patet id satis in Hispa nia & Italia ubi ob maximum aëris calorem plurimi sunt melancholici, dein & spissitud hæc nascetur a motu musculari & circulatori imminuto, hæc fluiditatem humorum facit & con servat, si ergo circulatio minuatur, necessum quo que ut fluiditas justa humorum imminuatur, motu circulatorius autem in hominibus melancholici imminuitur a motu musculari torpescente, nimii studiis, vigiliis quatenus spiritus nimium absumun e corpore sicque & motus cordis & arteriarum de bilitatur. porro tenaciora alimenta ingesta quoque hanc spissitudinem inducere possunt, uti carnes sa litæ infumatæ, cibi admodum terrestres adstringen tes.

Qui-

Quinam sunt effectus hujus spissitudinis?

Pro varietate partis affectæ varii.

Qualia mala facit ratione cerebri?

Actiones mentis cum semper sequantur indolem nostrorum humorum nempe eorum fluiditatem & motum, & cum nunc fluiditas & motus hic peccent, necessum quoque est actiones mentis a tali sanguine perturbari ut inde varii deliriorum gradus nascantur, quin vel ipsa mania quæ est delirium ferox sine febre, sic distinguitur a phrænitide quæ etiam supponit delirium ferox sed conjunctam habet febrem.

An etiam obstructiones ex tali sanguine nascentur ad viscera abdominis.

Omnino, nam sanguis hic supponitur crassior quam ut superare possit extremitates vasorum; hinc in iis locis vis cordis remotior uti ad venam portæ hic sanguis stagnabit ac obstructiones faciet, hæ dum sunt circa hepar vocantur malum hypochondriacum.

Quales effectus producit hæc obstructio venæ portæ sive hoc malum hypochondriacum?

1°. Icterum, 2°. vitia primæ coctionis, turbabitur inde appetitus ea quæ ingeruntur in spontaneam corruptionem abeunt, inde irritationes intestinorum, dolores colici, ructus, flatus & similia.

Quando nascitur anxietas ex hac obstructione?

Si sanguis circa venam portæ in magna copia colligatur ut nascatur in mente idæa desituræ ibi

circulationis fit affectio in mente quæ vocatur anx-
tas, si vero sanguis ibi transire non potens cursu
suum sumat per aortam ascendentem & sic sang
ruat vehementius per vasa cerebri nascuntur dol
res capitis, vertigines, varia deliria, somnus turbat
&c.

*Quomodo curantur morbi qui nascuntur ab hoc san-
guine crasso atrabilari?*

Si hic sanguis crassus diluatur, attenuatur &
reddatur fluidus.

*Quænam est præcipua causa fluiditatem concilians
& attenuans humores?*

Justa vis circulationis.

*Quænam ergo sunt medicamenta spissitudinem te-
restrem corrigentia?*

Sunt ea quæ motum humorum augent, de quibus
sub spissitudine mucosa dictum est.

An non alia præter hæc conveniunt?

Ita, nam quia aqua supponitur deficere in humo-
ribus hinc principium aquosum diluens suppeditan-
dum est corpori. Cui principio diluenti attenuanti
solventia, uti salina, sal polychrest, nitrum tar-
tarus vitriolatus, quæ omnia habent vim crasso
humores dividendi, jungi possunt. Similem virtu-
tem solventem exerunt saponacea quæ sunt corpo-
ra constantia ex oleo & sale uti in sapone veneto
vel intermedia simul aqua uti in fructibus horæi
vel succis expressis uti endyviæ lactucæ cichor
&c.

Formulæ possunt esse sequentes.

℞ A

℞ *Aq: majoran* ℔ I
sal: polych: drach: III
oximel:
rob: junip: ā *unc* II
M: detur ad vitrum

Sumantur inde omni bihorio cochlearia tria.

Vel

℞ *Sap: ven: draeh:* III
Gum: ammo. drach: II
Sal: ammon: drach: I
Ole: Still: major: gt: VIII
Balſ: peruv: Q: S:
Fiant pilulæ ſingulæ Gr: III
Sumantur omni bihorio duæ.

Vel

℞ *Succ: cichor: expres:*
endyv: ā *unc:* VIII
tartari vitriol: drach III
rob ribes: unc: IV

M: detur ad vitrum.
capiantur omni bihorio cochlearia duo vel tria.

Dum hæc medicamenta diu uſurpata ſunt ut ſanguis craſſus qui hactenus obſtructionem fecit circa venam portæ, reſolvatur & in ſanguinem deducatur, tum licet ſatis fluidus factus fuerit, tamen ob diuturnam ſtagnationem, quam ſæpe paſſus eſt, nimiam acrimoniam acquiſivit hinc dum ſolutus venit in ſanguinem cor & arterias in interna ſuperficie irritat, inde celerior & vehementior contractio cordis quin vel palpitatio febris; ſi vero materies acris ducatur ad cerebrum, tunc ſæpe maniæ vel febres fu-

riosæ, dolores capitis vertigines &c. nascuntur; in his omnibus casibus materiem tantum debeo determinare ad alvum sic omnia hæc mala cessant, datur ergo purgans vel clysma V: G.

℞ *Fol: malvæ*
parietar: ā *M:* I
rad: alth: unc: I

Coque per mediam horam in sufficiente quantit. aquæ
Colaturæ unc VIII admisce
electuar: lenitiv: unc: Iß
mel: unc: I
M: fiat clysma.

DE SANGUINE
INFLAMMATORIO.

Quid est sanguis inflammatorius?

Est sanguis qui supponit tenuiora esse dissipata & reliqua in densum sanguinem abiisse, non ergo differt hic sanguis a sanguine melancholico nisi quod hic vehementius moveatur, & eædem causæ quæ faciunt sanguinem melancholicum, uti calor nimius aëris, nimium exercitium musculare, sudores nimii &c. in aliis hominibus fortioribus faciunt sanguinem inflammatorium.

Qualia mala nascuntur ex hoc sanguine inflammatorio?

Si moveri adhuc possit per omnia vasa tum inde nascitur febris ardens quæ est febris conjunctum habens maximum calorem & inde maximam sitim,

sitis

ſitis tam magna naſcitur exinde quia aquoſa ſupponuntur eſſe diſſipata ut hinc ſecretio humoris os lubricantis fieri non poſſit, calor naſcitur ex magno attritu qui a tali ſanguine inflammatorio fit, ſanguis enim inflammatorius ſupponitur eſſe denſus ponderoſus, ſed quo corpora ponderoſiora ſupra ſe invicem moventur, eò major attritus & ſic calor, dein dum humores tam denſi ſunt, motum a corde impreſſum diutius retinent, ergo ſic maximo impetu ruunt in latera vaſorum hinc validiſſimus attritus & calor.

Dum tantus attritus eſt in febre ardente & ſanguis adeo denſus nonne injuriam inde patiuntur tenerrima ſtamina cerebri?

Affirmative, ſi hi humores nimium denſi ſint unde ſecretio ſpirituum fieri non poſſit, naſcitur maxima impotentia ad motus muſculares, ſi vero nimio impetu moveatur ſanguis talis per vaſa cerebri, tum inde vehementes dolores capitis, deliria, quin vel convulſiones naſcuntur.

An non alii morbi ex hoc ſanguine inflammatorio naſci poſſunt?

Affirmative inde naſci poſſunt omnes inflammatorii.

Quid eſt inflammatio?

Eſt obſtructio ſanguinis rubri in extremitatibus vaſorum cum impetu ſanguinis a tergo urgentis id eſt cum febre.

Quotuplex eſt inflammatio?

In genere duplex, alia in vaſis propriis, id eſt ſanguineis rubris, alia in vaſis alienis quæ vocatur error loci.

 Quan-

Quando naſcitur inflammatio errore loci?

Si vaſa lateralia id eſt ſerifera vel lymphati ſunt dilatata ut ſuſcipiant rubrum ſanguinem dein cauſa accedat quæ ſubito conſtringat i vaſa, ut ſanguis pertranſire non poſſit, uti fit homo calidus frigidum potum ſubito ingerit v vento ſe exponit ſic enim vaſa quæ præternatura liter ſanguinem rubrum ſuſceperunt, conſtringun tur, ſicque fit obſtructio, ſi tum febris a tergo a cedit dicitur inflammatio.

An non etiam fieri poteſt inflammatio ſi vaſa cubi anguſtentur ut ſanguis licet necdum craſſus a inflammatorius, tranſire non poſſit?

Omnino, dum enim ſanguis ibi ſiſtitur & ſi tu impetus ſanguinis a tergo urget habetur inflamm tio.

Quinam ſunt effectus vel ſymptomata inflammationi

Sunt tumor, rubor, dolor maximus quia v adeo diſtenduntur, durities, pulſatio, calor &c.

Si inflammatio fit in extremitatibus carotidum arteriarum vertebralium, qualis inde morbus?

Phrænitis qui eſt inflammatio membranarum c rebri.

Quales ex hac inflammatione naſcentur effectus?

Actiones cerebri, quæ in ſenſibus & motib conſiſtunt, debebunt vitiari, ſi ſanguis nimio i petu ruat per vaſa cerebri deliria furioſa, epilepſ convulſio, nimia pervigilia &c. naſci poſſunt.

Si ſanguis ſiſtatur in ramis carotidis externæ laryn

laryngem vel pharyngem & febris supra accedat, qualis tunc nascitur morbus?

Angina inflammatoria.

Quales effectus inde nascentur?

Præter generales ut tumorem ruborem &c. nascetur si inflammatio sit in partibus pharyngis, difficillima vel nulla deglutitio, si vero sit ad laryngem & glottis nimium arctetur, tum difficillima fit respiratio unde sanguis interdum sistitur in pulmonibus & facit peripneumoniam veram, nam dum aër vesiculas pulmonales non juste expandit, humores quoque trajicere non potest, hinc accumulantur, obruunt pulmones & maximam creant anxietatem, dum nunc sanguis sub tali angina per pulmones libere transire non potest, tunc sanguis venosus qui per venas jugulares a capite venit, quoque pulmones transire non potest; ergo accumulatur in superioribus hinc tota facies ruberrima apparet quin actiones cerebri inde multum turbari possunt, uti vel deliria convulsiones sopores &c. nasci possunt.

Si sanguis sistatur in arteria pulmonali vel bronchiali quis tunc morbus?

Peripneumonia vera.

Quales producit effectus?

Facit difficilem respirationem, nam dum vasa sanguifera pulmonis obstruuntur plurimo sanguine, vesiculæ aëriferæ nimiam patiuntur resistentiam ut hinc ab aëre juste extendi non possint, deinde dum sanguis libere non potest pertransire sed obruit pulmones, nascitur graviditas & anxietas, dein

dum

dum ſic ſanguis a ſuperioribus non libere poteſt pertranſire pulmones, iterum naſcuntur a ſanguine cerebrum obruente deliria, dolores capitis affectus ſoporoſi, quin ultimo vel apoplexia.

Si ſanguis ſiſtatur in arteriis intercoſtalibus vel illis arteriis quae pleuram & propagines inde factas percurrunt, quis tunc morbus?

Pleuritis.

Quales effectus producit?

Quia membranæ thoracis ſunt ſenſiliſſimæ hinc ſummus ibi naſcetur dolor, pulſatio etiam, deinde quia partes iſtæ ſub reſpiratione moventur, hincque major dolor naſcitur hinc talis homo pleuriticus cohibet reſpirationem unde reſpiratio difficilis, deinde quia nervi thoracis ab illo dolore in conſenſum trahuntur, fit violenta contractio pulmonum, unde tuſſis, deinde tum reſpiratio ſic cohibetur, ſanguis impeditur libere redire a ſuperioribus, hinc iterum naſcuntur ea mala quæ a ſanguine in ſuperioribus ageſto, deinde etiam adeſt pulſus durus nam ſub maximo illo dolore fit vehementiſſima febris, ſic humores qui alias ſtagnabant in venis, effunduntur omnes in arterias ut arteriæ ſint pleniſſimæ ut ſe plenarie contrahere non poſſint, interim ſanguinem plurimum accipiant & cum maximo impetu. hic ſtatus arteriarum vocatur pulſus durus.

Si ſanguis ſiſtatur in arteriis diaphragmatis quis inde morbus?

Paraphrænitis ſeu inflammatio diaphragmatis vocatur & tales effectus producit: quia diaphragma ſub reſpiratione ſurſum & deorſum moveri debet, &

& valde ſenſilis eſt, hinc ſummus in regione diaphragmatis naſcetur dolor, difficilis reſpiratio, & ob vehementiſſimum hunc dolorem univerſum ſyſtema nerveum ſæpe in conſenſum trahitur hinc maxima agitatio liquidi nervei, impetuoſus fluxus circa cor, inde vehemens admodum febris, alias ob nimiam agitationem liquidi nervei adſunt pervigiliæ nimiæ, deliria, convulſiones &c.

Quid eſt inflammatio ventriculi?

Eſt ſi ſanguis ſiſtatur in extremitatibus arteriæ, gaſtricæ & tales effectus producit iſta inflammatio: Ventriculus æque ſenſilis eſt ac diaphragma, hinc dolor maximus, qui augetur quamprimum aliquid ingeritur in ventriculum, inde enim irritatur ventriculus, unde ſequitur vomitus quamprimum aliquid eſt ingeſtum, dein ob ſummum dolorem eadem mala ſyſtematis nervei uti febres convulſiones &c. naſci poſſunt quæ ex inflammatione diaphragmatis.

Si ſanguis ſiſtatur in extremitatibus arteriarum meſentericarum qualis morbus?

Vocatur inflammatio inteſtinorum, ex maxima ſenſilitate inteſtinorum ſequitur maximus dolor, unde iterum vehemens febris, & alia mala ab impetuoſo fluxu liquidi nervei oriunda uti in prioribus dictum eſt.

Quid eſt nephritis?

Eſt inflammatio renum, fit ſi arteriæ renales in ſubſtantia corticali renum obſtruantur cum ſanguine a tergo urgente.

Quales producit effectus?

Si uterque ren inflammatus est ut vasa Bellinia-
na inde comprimantur, urina secerni non poterit
hinc hæc manebit in sanguine & nascetur ischyria
si vero tubuli Belliniani pro aliqua parte manean
aperti tum transmittent urinam tantum tenuiorem
aqueam, cum interim reliqua principia urinæ ma-
neant in interioribus nec ob tubulos Belliniano.
arctatos transmitti possint, deinde nascitur ind
dolor, pulsatio in regione lumborum ubi renes sit
sunt.

Si sanguis obstructionem faciat in membranis ocul unde tumor, rubor, dolor, calor &c. qualis nascitu morbus?

Opthalmia seu inflammatio oculi

Quot exitus habet inflammatio?

Quatuor vel enim fit *Resolutio* illius materiæ qu
facit obstructionem, vel *Suppuratio* si obstructi
fortior est ut non resolvi possit, interim febris no
nimia est sed moderata. Si vero febris sit vehe-
mentissima & obstructio resolvi non possit nasc
ter *Gangræna* quæ est subita ruptura vasorum pa
tis inflammatæ cum maximo calore quæ fluida e
tra vasa putrefacit. quartus exitus est *Schirrus* id e
induratio illius materiæ quæ obstructionem faci
quæ supponit febrem parvam ut humores qui fu
in parte inflammata non tanto impetu moveant
ut resolvi in moleculas minores vel vasa rumpe
non possint.

Quando obtinere potest resolutio?

Si inflammatio adhuc sit in initio intra tres v
quatuor primos dies & si vasis obstructis per im
petum febris nimis magnum non nimia debilit
fuerit inducta, deinde si homo talis solida hab
laxiora & fluida non nimis densa, tum enim n
tam vehemens febris supervenit, hinc non tan

dem

densatio sanguinis. qui quo magis densatus est, eo difficilius obtineri potest resolutio.

Quid est resolutio?

Resolutio est si sanguis, qui est in parte inflammata & obstructionem ibi facit, vi naturæ vel artis sic disponitur ut iterum meare possit per vasa.

Materies illa resoluta dum redit in sanguinem an semper uti bonus sanguis potest manere in corpore?

Negative, si sanguis diu stargnavit in parte sæpe, licet tenuitatem acquisiverit ut sit meabilis, tamen simul aliquam acrimoniam acquisivit, hinc veniens in sanguinem irritat interiorem superficiem cordis & arteriarum, inde fit denuo febris, qua febri fit coctio hujus materiæ, materies autem cocta (an autem coctio illius fiat, id dignosci potest ex urina, si urina habeat signa coctionis, id est si bonum habeat sedimentum, multum accedens ad statum naturalem tunc indicium est coqui materiem alimentarem, si nunc materies alimentaris bene coqui possit, etiam coqui poterit materies illa morbosa, nam eædem actiones quæ coquunt materien alimentorum, coquunt etiam materiem morbosam) a natura ad organum aliquod excretorium solet deduci, hinc interdum evacuatur per renes, alias per sudorem, alias per alvum, alias per sputa. interdum vero si natura debilior sit ut evacuationem perficere non possit, facit translationem uti ad glandulas parotides, ad crura vel ad alias partes, quæ si admodum nobiles sint, tunc sæpe mors inde fit, si vero ad partem ignobiliorem, & materies e corpore evacuari potest, tum nascitur restitutio ægri. Si vero materies quæ obstructionem fecit, vi naturæ vel artis cito fuerit

re-

resoluta, ut hinc nullam corruptionem acceperit tunc manere potest in sanguine absque noxa, hæc vocatur resolutio sine evacuatione vel translatione cu… prior resolutio vel cum evacuatione, vel cu… translatione fiat.

Quomodo obtinetur Resolutio?

Obtinetur si fluida quæ obstructionem faciunt possint resolvi, dilui, & solida, si rigida fuerin… sic emolliri ut transitum concedant humoribus.

Resolutio sanguinis obstructionem facientis quomo… impetratur?

Impetratur si justa vis contractilis vasis obstruct… concilietur, ut se contrahendo moleculas spiss… impactas possint repellere, intercipere, dividere.

An ergo vis contractilis vasorum obstructorum s… inflammatione non viget?

Negative nam vasa obstructa supponuntur max… me esse dilatata a sanguine ibi accumulato & d… stendente unde tantus tumor sub inflammation… conspicitur.

Quomodo ergo restituitur vis contractilis vasorum?

Si quantitas sanguinis minuitur.

Quomodo minuitur sanguinis quantitas?

Per venæ sectionem.

Quid boni facit venæ sectio in omnibus morbis in… flammatoriis?

Si per hanc sanguinis copia minuitur, tum ta… magn…

magna quantitas non amplius ibit ad partem obstructam, ergo vasa ibi non amplius tam multum distendentur & debilitabuntur, deinde vasis, dum ultra tonum non amplius distenduntur, redibit vis contractilis, sic moleculas impactas repellent, quæ moleculæ interim ob novum sanguinem a corde venientem iterum pelluntur in extremitates vasorum, ergo sic fit itus & reditus sanguinis qui antea obstructionem faciebat, hinc ejus attenuatio & fluor.

Qualia medicamenta conveniunt ad sanguinem hunc crassum dissolvendum?

Diluentia, salina, & saponacea frigida sic V: G.

℞ *Aqu: hordei* ℔ I
Nitri puri drach: II
rob. sambuc: unc: II

Misce detur ad vitrum.
Sumatur inde vasculum (theekopje) omni hora.

Vel

℞ *Aqu: hordei pintas* II
salis polych. drach: III
succi citri unc: II
rob: rib s.
oximellis simplicis ā unc: II

Misce detur ad vitrum
Sumatur inde omni media hora vasculum (theekopje)

Vel

℞ *Amygdal: dulc: unc:* III
semen papaveris unc: I
emulge cum aquæ unc: XX

emulsioni admisce
Syrup: papaveris albi unc: I

Ut fiat emulsio
Bibatur inde sæpius.

Quis est secundus exitus inflamationis?

Suppuratio.

Quando nascitur suppuratio?

Si inflammatio aliquot diebus perstitit & nulla facta resolutio nec evacutio critica illius materiæ obstruentis & si tum febris magna sit in corpore, tum vasa obstructa vi febris sensim solvuntur, humores incrassati calore solvuntur & digeruntur ut inde ex solidis solutis & fluidis incrassatis ante non colliquefactis nascatur humor crassus albidus cremori lactis fere similis pus dictus.

Qualia mala possunt produci ex illo pure?

Si illud pus hæret in loco ubi evacuari non potest tum acre fit & corrodit totam eam partem, in qua hæret & dum pars ejus tenuior semper per vasa absorbentia miscetur sanguini inde fit tenuis & acer, inde continuus stimulus in corpore qui facit febrim, vocatur febris hectica, de qua post sub tenuitate humorum.

Si ergo suppuratio sit promovenda quid debet agere medicus?

Debet facere ut circulatio sit satis fortis, nam vi & impetu circulationis vasorum ruptura & digestio in pus debet fieri, hinc venæ sectio, refrigerantia &c, sunt omittenda.

Quo

Quo die ſolet ſupervenire ſuppuratio?

Communiter quarto die.

Quid eſt tertius exitus inflamationis?

Gangræna, quæ eſt ſubita ruptura vaſorum cum effuſione humoris obſtruentis ſupponens maximam febrim & calorem, quo pars inflammata quaſi aduritur, ut hinc humor ibi effuſus ſub tanto calore putreſcat & omnia vicina conſumat.

Quid eſt quartus exitus inflammationis?

Schirrus, qui naſcitur dum materia obſtruens non eſt reſoluta, nec tanta eſt vis circulationis ut ſuppuratio vel gangræna naſci potuerit, naſcitur præprimis ſi inflammatæ ſint glandulæ vel aliæ partes uti hepar, lien, a quibus vis cordis remotior eſt, ſi in iis detur inflammatio, nec reſolvatur, ſchirrus inde ſolet fieri, nam dum talis inflammatio diu perſtat tenuiora ſenſim derivantur in vaſa tenuiora hinc reliqua principia ſanguinis uti terra ſal & oleum eo firmius coëunt & ſenſim concreſcunt una cum lateribus vaſorum unde tum corpus durum evadit.

Si Schirrus in corpore factus fuerit, quid tum agendum?

Quia ſanguis in ſchirro hærens ſimilis eſt ſanguini melancholico hinc eadem remedia, quæ ad illum, hic quoque adhibentur; ergo ſi ſchirrus in initio, ut non nimia denſatio humorum in ſchirro enata ſit, tum medicamenta diluentia, ſolventia, ſaponacea exhibentur uti ſucci expreſſi ex fructibus horreis rob juniperi, rob ribeſiorum, ſales neutri uti polychreſt, tartarus regeneratus, dein decocta ex

cichoreo traxico, bardana &c. Dein ſapo venetus, gummi ammoniaci &c.

Quando ex ſchirro naſcitur cancer?

Si circa marginem ſchirri vaſa atteruntur vel nimium comprimuntur, ut hic ſanguis non poſſit pertranſire, ſi tum impetus ſanguinis a tergo urgeat & vaſa ea rumpat, tum effunduntur humores, qui ibi ſtagnantes putridum liquamen exhibent & vicina arrodunt vocatur cancer.

DE TENUITATE HUMORUM.

Quid eſt tenuitas humorum?

Eſt talis conſtitutio humorum ſub qua inclinantur in naturam putridam.

In quibus hominibus ſanguis nimium tenuis detur?

In illis hominibus, qui colorem admodum rubicundum habent, & qui nimium utuntur diæta ex regno animali non interpoſitis ſufficienter aceſſentibus, deinde & talis tenuitas humorum fit in hominibus, qui aromatibus in cibo & potu nimium utuntur, vel etiam herbis alcaleſcentibus uti ſemine ſinapi raphano ruſticano &c. talia habent magnam vim ſtimulandi, ſic circuitum humorum ſemper accelerant, inde nimius attritus ſanguinis & tenuitas naſcitur.

Quales morbi talibus hominibus, qui tali tenuitate humorum laborant, poſſunt ſupervenire?

Febres putridæ, nam cum sanguis supponitur tenuis, supponitur simul acer ergo vim habet stimulandi sicque febrim excitandi, si non febris excitatur tum humores isti adhuc tenuiores evadunt & eo magis inclinant in acrimoniam alcalinam.

Quinam sunt morbi, quibus quoque talis tenuitas humorum, hinc dispositio ad putredinem supervenit?

Talis tenuitas humorum & acrimonia alcalina nasci potest semper dum nimius attritus est & calor in nostro corpore, uti quoque in febribus ardentibus, deinde talis tenuitas supervenit etiam morbis malignis uti pesti &c: in quibus morbis singulare aliquod venenum putrefaciens se immiscet humoribus eos ad putredinem hinc ad tenuitatem deducens.

Qualia medicamenta in omnibus morbis in quibus datur tenuitas nimia & dispositio ad putredinem conveniunt?

Omnia ea, quæ sunt anti putrida uti acida præprimis fossilia, uti spiritus sulphuris campanæ, spiritus vitrioli, spiritus nitri dulcis, quæ omnia habent vim humores nostros incrassandi, & putredinem avertendi, dein quia hi homines admodum sitiunt, potus putredini resistens est adhibendus uti lac ebutyratum, serum lactis, emulsiones vel julapia ex decocto hordei. Rob ribesiorum, sambuci, oximelle simplici succo citri aurantiorum, syrupo violarum, mororum &c. hæc omnia habent vim salem nostrum nativum, qui est in nostris humoribus & qui in putredinem inclinat, ad naturam neutram deducere, deinde quia hæc habent vim refrigerandi sic minuitur circulatio & febris, quæ

dum magna hanc diſpoſitionem ad putredinem conciliat.

An dicta medicamenta in tanta quantitate debent adhiberi, ut febrim & calorem omnino exſtinguant?

Negative, eouſque medicamenta illa ſunt danda quo uſque calor nimius id requirit.

An non dantur alii caſus ubi datur tenuitas & acrimonia humorum?

Tenuitas talis & acrimonia ſanguini coniliatur a pure admixto ſanguini, dum pus hæret in ſanguine tenuitatem nimiam humoribus inducit & irritat unde febris hectica, vocatur alias a medicis Phtiſis, quæ eſt ulceratio cujuſdam viſceris, ut pus inde ſimul deducatur in ſanguine & eum inquinet; ſolet tamen id vocabulum Phtiſeos communiter a medicis ſumi pro exulceratione pulmonum, quæ ulceratio ab Hemopthoſi naſci poteſt, dum enim rumpuntur vaſa in pulmonibus & ſanguis ibi manet ſtagnans putreſcit ſic corrodit pulmonem, faciendo inflammationem quæ in ſuppurationem quotidie abiens generat quotidie pus quod phtiſici mane tum ejiciunt, deinde talis pthiſis etiam naſci poteſt in periphneumonia vera, ſi hæc in ſuppurationem abit, & pus non omne per ſputa evacuatur, retentum acrius factum rodit iterum pulmonem, inde quotidie nova naſcitur inflammatio & ſuppuratio, ſicque ſubſtantia pulmonis arroditur ut mors superveniat.

Quid vomica pulmonum?

Eſt ſi ſuppuratio facta ſit in pulmonibus & pus per membranas incluſum eſt ut exitum invenire non poſſit.

Quam

Quamdiu talis vomica nihil puris emittit vocatur vomica clausa, si vero membranæ illæ pus continentes rumpantur uti fieri potest sub tussi, clamore, risu &c. tum vocatur vomica aperta.

Dum vomica rumpitur & pus suum effundit quorsum effunditur?

In asperam arteriam, in quam si lente evacuatur & non nimium obruat vesiculas aeriferas, tum potest æger restitui dum pus est evacuatum, alias si vomica vel pus hærat magis in exteriori parte pulmonis & perforat externam membranam pulmonis pus cadit in cavum thoracis.

Dum pus est elapsum in cavum thoracis quomodo vocatur hæc affectio?

Empyema, quod dum adest facit arrosionem pleuræ, unde ejus maceratio, inflammatio & dum ibi diutius hæret multum absorbetur in sanguinem, inde febris hectica denuo accenditur, si nunc magna quantitas puris hæreat in cavo thoracis, resistentiam ponit nimiam pulmonibus inde vesiculæ aëriferæ ab aëre non juste possunt extendi, inde difficillima respiratio.

Quid agendum in Empyemate?

Pus e thorace est educendum per sectionem quæ fit inter costas & dum pus eductum est tum liquor abstergens & antiputridus immittitur cavo thoracis, sumitur V: G: decoctum agrimoniæ, verbibasci; cum addito melle hoc frequenter injicitur, ut absterstio & evacuatio plenaria puris fiat; pus eductum si albidum cremoratium blandum sit spes est curationis, si vero effluat alieni coloris uti fusci, nigri &c. vel si nimis tenue, tum æger febre hectica perit.

An etiam empyema naſci poteſt ex pleuritide vel inflammatione diaphragmatis?

Affirmative; ſi enim in illis membranis inflammatio abit in ſuppurationem, & pus ruptis vaſis effunditur in cavitatem thoracis tum æque naſcitur empyema ac dum pus hæſit in pulmone.

Quid eſt faciendum in ulceratione pulmonis vel alterius viſceris quod pus ſuppeditando ſanguini facit febrem becticam?

Tum debent talia adhiberi quæ ſanguinem defendant contra putredinem, & quæ locum ulceratum abſtergunt, talia ſunt præcipue mel, rob ſambuci, oximel ſimplex, deinde dantur infuſa abſtergentia ex veronica agrimonia tuſſilagine, ſcabioſa &c. deinde ſanguinem defendunt contra putredinem balſamica uti maſtix, olibanum, ſarcocolla fiunt inde cum terebinthina vel balſamo peruviano pilulæ & ſumuntur omni bihorio duæ vel tres, ſuperbibitis decoctis vel infuſis ex herbis pectoralibus jam dictis cum addito melle, ſic ſanguis defenditur contra putredinem locus ulceratus abſtergitur & abſterſus iterum conſolidatur; ſi vero malum diu duravit, ut viſcus aliquod a pure multum fuerit exeſum tum curatio nulla obtineri poteſt, ſed corpus totum exareſcit, nam tenuitas eſt in humoribus & debilitas in ſolidis, tum de nocte, dum calor lecti accedit, maxime ſudant.

DE MORBIS IN VASIS SEROSIS ET LYMPHATICIS OBTINENTIBUS.

An etiam morbi in his vasis minoribus obtineri possunt?

Affirmative, nam variæ possunt in iis nasci obstructiones, unde distensio horum vasorum, inde dolor, qui si admodum magnus supervenire solet febris.

Dum talis obstructio datur in pluribus corporis partibus quomodo vocatur hic morbus?

Arthritis; si vero hæc obstructio nascatur in vasis ad ligamenta & articulos manuum vocatur chiragra, si vero ad genua vocatur chonagra, si ad pedes vocatur podraga, si ad lumbos vocatur rheumatismus.

Unde nascuntur hi morbi?

Præcipue ex secretionibus & excretionibus impeditis, uti si homines multum hæreant; et se exerceant in aëre frigidiori, tum materies perspirabilis repercutitur intra corpus, sic hæc in vasa minutissima rediens, obstructiones facere potest, deinde hæ obstructiones possunt fieri cum coctio prima & secunda non bene se habent dum enim coctio prima & secunda non bene se habent tum sanguine non fiente bono etiam non fit bonum serum & Lympha hinc facile in vasis minutissimis obstructio &c: fit.

Quomodo curantur hi morbi ?

Curantur per ea, quæ ſecretiones & excretion iterum reſtituunt, & ſic materiem excernenda excernunt; hinc optima ſunt ſudorifera quæ m teriem perſpirabilem retentam optime excutiu deinde etiam conveniunt duiretica alias etiam pu gantia, his enim omnibus ſuperfluum quod retentu eſt in corpore educitur.

Sudorifera ſunt talia, quæ motum humorum au gent, præprimis autem debent ſumi ea, quæ po ſunt ſimul penetrare in vaſa minora, ubi obſtruct hæret, & ibi vaſa ſtimulare humores reſolve poſſint, conveniunt ergo in his dictis morbis medicamenta, quæ in morbis frigidis ad cura ſcorbuti expoſita ſunt, nempe ex majorana, ſe pillo, roremarino gamedri, gamepiti, radice an gelicæ, raphano Ruſticano, cochlearia, bec bànga &c: ex his infuſa theiformia fieri poſſun quæ optimam habent vim reſolvendi & in va minora penetrandi eaque ſtimulandi ut ſic vis co tractilis eorum vaſorum excitetur, ſicque attenu tio & propulſio materiæ obſtruentis fieri poſſit, per aliquod emunctorium ſive renum, ſive alvi, ſiv ſudoris excuti.

DE MORBIS A MOTU LIQUIDI NERVI NIMIUM ACCELERATO PRODUCTIS.

An requiritur certus quidam motus liquidi nerv ut actiones ſenſuum & motuum voluntariorum juſ poſſunt exerceri?

Affir

Affirmative, nam quam primum motus liquidi nervei nimium agitatur, tum perturbationes in ſenſibus vel motibus voluntariis vel utriſque ſimul naſcuntur, ſi motus liquidi nervei nimirum agitatur, tum ſenſorium commune eo tempore ad quietem id eſt ad ſomnum componi non poteſt, docet id gaudium vel terror vel ira, vel curæ nimiæ, ubi dum agitatum eſt ſemper nimium liquidum nerveum, homines dormire non poſſunt; ſi hæc agitatio ſpirituum fortior fiat ut ad quietem deduci non poſſit, naſcuntur inde ſæpius pervigilia morboſa ſi vero motus ſeuagitatio ſpirituum adhuc increſcat, naſcuntur in aliis deliria, in aliis convulſiones, in aliis Epilepſiæ &c:

Quid eſt Epilepſia?

Eſt alterna & violenta contractio muſculorum voluntariorum a motu liquidi nervei nimium exagitato producta cum abolitione omnium ſenſuum.

Quomodo ergo diſtinguitur ab apoplexia?

Quod in apoplexia nullus ſit motus neque ſenſus ergo plenaria abolitio influxus liquidi nervei in partes ſenſorias & motorias; in Epilepſia vero in partes motorias id eſt in muſculos voluntarios influxus liquidi nervi maximus eſt, nam muſculi voluntarii vehementiſſime moventur, in organo vero ſenſorio nullus eſt influxus liquidi nervei uti etiam in apoplexia, nam ſi hominem apoplecticum vel Epilepticum ferro cadente uras vel pungas nihil ſentiunt indicio ſenſus eſſe plenarie abolitos.

Quid eſt convulſio?

Eſt

Eſt alterna & violenta contractio muſculorum voluntariorum perſtantibus autem ſenſibus.

Quid eſt ſpaſmus?

Eſt involuntaria contractio muſculi orta a liquido nerveo non alterne in unum vel plures muſculos influente, ſed conſtanter.

An etiam ſebres ex illo exagitato motu ſpirituum oriuntur?

affirmative, nam dum exagitatio eſt ſpirituum animalium, hæc communicatur ſpiritibus vitalibus cerebelli, dum hi nunc celerius & fortius influunt in nervos cordis, fit celerior cordis contractio, atqui febris conſiſtit in celeriori contractione cordis, cui ſi debilitas influxus liquidi nervei conjuncta eſt naſcitur febris id eſt celerior contractio cordis cum frigore, ſi vero liquidum nerveum celerius influat in cor & ſimul fortius, tum naſcitur celerior & fortior contractio cordis, id eſt febris cum calore hinc patet cur terror, ira, Gaudium nimium, curæ nimiæ, ſtudia, venus, &c. tam ſæpe febres producant, Nam hæc omnia faciunt exagitationem nimiam ſpirituum animalium, quæ communicatur ſpiritibus vitalibus, unde dein naſcitur febris vel cum frigore vel cum calore.

Quid eſt paſſio hyſterica?

Eſt inordinatus fluxus liquidi nervei in varias partes, nunc in bronchia incidens inde difficilis reſpiratio, alias hic influxus fit nimius in tunicam muſcularem ventriculi, inde ſpaſmus ventriculi, alias influxus hic major in tunicam muſculoſam inteſtinorum inde dolores inteſtinorum, alias hic inordinatus fluxus liquidi nervei fit in nervos cordis inde

inde cor vehementiſſime, & celerrime ſe contrahit naſciturque palpitatio cordis, alias hic fluxus liquidi nervei fit in nervos renum, inde fit anguſtatio tubulorum Bellinianorum, inde urina vel plenarie ſupprimitur & naſcitur Iſchuria vel non niſi aquea prodit, ſi vero ſpaſmus hic incidat in ſpintherem veſicæ, iterum fit iſchuria.

Quænam cauſæ poſſunt hunc inordinatum motum liquidi nervei efficere?

Huc concurrunt cauſæ prædisponentes & occaſionales, inter cauſas prædisponentes præcipue refertur nimia mobilitas ſyſtematis nervei, ut levi de cauſa liquidum nerveum vehementius moveatur, hæc mobilitas datur in iis hominibus qui non habent juſtum æquilibrium intra ſyſtema nerveum & ſanguineum, ſi ſyſtema ſanguineum non ſufficientem habet quantitatem humorum bonorum, tum ſemper in turbas conjicitur ſyſtema nerveum, docent id Fœminæ præprimis ſenſiliores in quibus dum menſtrua copioſius fluunt, vel ſi ſub partu lochia nimium fluant, tum inordinate movetur liquidum nerveum, & violenter ſæpe, hinc omnes morbi ab inordinato fluxu liquidi nervei oriundi ſupervenire poſſunt. cauſæ occaſionales ſunt, primo animi pathemata, uti ira, terror, nimium gaudium, deinde acria in Corpore hærentia, & ſtimulantia, hinc toties convulſiones vel Epilepſiæ naſcuntur ab ulceribus conſolidatis ut tum materies ulceris acris eat in interiora & irritet nimium membranas cerebri ut inde ea agitatio ſpirituum naſcatur, ſimilis irritatio naſcitur a ſcabie retropulſa, ex hac cauſa infantes adeo ſæpe convulſiones & Epilepſias accipiunt, deinde acria in primis viis hærentia ſic etiam irritare poſſunt ventriculum & inteſtina, uti ex hac irritatione in conſenſum trahatur

tur universum systema nerveum hinc iterum exagitatio nimia spirituum, hinc toties in infantibus dum vermes hærent in primis viis vel, acidum in convulsiones incidunt, deinde huc facit Venus, quæ etiam nimiam facit exagitationem spirituum; hinc homines mobilis systematis nervei malum hystericum inde sæpissime incurrunt, porro inter maximas causas inordinatus fluxus liquidi nervei unde convulsiones, deliria, epilepsiæ nascuntur, est dolor, dum dolor est in aliqua parte isque vehemens tum inde vehemens fit agitatio sensorii communis hinc magna expressio spirituum, quæ si alternam & violentam contractionem musculorum voluntariorum potest facere, habetur Epilepsia vel convulsio in aliis inde nascuntur deliria, in aliis pervigilia, hinc toties in phrænitide & paraphrænitide ubi vehementissimus dolor, superveniunt nimia pervigilia, deliria convulsiones, spasmi epilepsiæ, febres maximæ & furiosæ.

Quomodo curantur omnes dicti morbi?

Auferendo causas sic sæpe sponte cessant, sic si inordinatus motus liquidi nervei & inde Epilepsiæ a dolore, doloris causa est minuenda, uti in phrænitide paraphrænitide &c: larga ibi venæ sectio administrata & refrigerantia data ut febris minatur & sic distensio nimia vasorum, hac ratione hæc fiunt antipileptica; interdum vero causa doloris nempe talis distensio vasorum & inflamatio tam cito tolli non potest, ut hinc illa agitatio liquidi nervei plurima mala tam diu durans efficere possit. in hoc casu iis medicamentis, quæ inflammationem tollunt, admiscenda sunt talia, quæ sensorium commune ita disponunt ut mens dolores non percipiat. hunc in finem datur opium, quod agitaiionem

spi-

ſpirituum a quacunque cauſa natum tollit, & hominem diſponit ad ſomnum hinc opium ubicunque in agitatione ſpirituum adhiberi poteſt, interim tum ſimul eſt agendum in eam cauſam, quæ agitationem illam fecit uti in morbis inflammatoriis eſt dolor.

Si ab aliis cauſis inordinatus fluxus liquidi nervei fuerit natus uti in paſſione hyſterica ab animi pathematibus quid tum agendum?

Inordinatus motus liquidi nervei eſt compeſcendus id facit opium, antehyſtericis junctum V: G: cum caſtoreo, aſſa fætida, ſic V: G.

℞ *Aquæ ruthæ unc*: V
ſpiritus embryonum drach: II
caſtorii gr: XV
laudani liquidi ſeydenhami gutt. XX
Miſce detur ad vitrum
Capiatur inde omni media hora unc: I.
Id eſt duo cochlearia, uſque dum malum ceſſat.

Si motus inordinatus liquidi nervei naſcatur ex eo, quod ſyſtema ſanguineum debilius ſit ſyſtemate nerveo, uti dum hemoraghia nimia præceſſit uti in fæminis ſub partu &c. tum ea debent adhiberi, quæ faciunt ſufficientem copiam bonorum humorum de quibus ſub defectu ſanguinis dictum eſt, nempe juſcula carnium, canororum voltilium carnes aſſatæ, cereviſiæ meritiores uti momma bronvicenſis, dein vina hiſpanica debent adhiberi, medicamenta quæ adhibentur in eo caſu ſunt roborantia ſtimulantia, antihyſterica, nam dum defectus datur ſanguinis. tum ſanguis qui datur in corpore non juſte poteſt circulare, hinc quoque ſpiſſus mucoſus fit hinc hoc ſcopo ſtimulantia & roborantia conveniunt, ſic V: G.

℞ Suc-

℞ *Succini drach.* II
assæ fœtidæ drach: I
castorei drach: ß
olei stillatitii ruthæ
rorismarin: ā *gutt.* IV
cum balsamo peruviano fiant pilulæ sing: gra: III
Sumantur omni bihorio duæ

Vel

℞ *Tincturæ succini*
cortic: peruviani
spiritus embryonum ā *unc:* ß
Misce detur ad vitrum
Sumantur inde quater per diem ad 60 vel 70 gutt.

Alias dum fluxum liquidi nervei inordinatum sedavimus tum ut recidiva præcaveatur danda sunt roborantia universum corpus, qualia sunt cortex peruvianus, cortex tamarisci, limatura martis, his adduntur aromatica uti cinnamomum nux muscata &c. herbæ majoranæ thymi, serpilli, rorismarini &c.

DE MORBIS A MOTU LIQUIDI NERVEI LANGUIDO, VEL SUPPRESSO.

Quales morbi nascuntur, dum languidus sit fluxus liquidi nervei?

Som-

Somnus, ejusque varii gradus, et si causa quædam adsit somnum faciens, quæ admodum increscit, tum vel apoplexia inde nasci potest, sic dum mucosum in corpore admodum increscit & opplet cerebrum, homines inde in somnum primo, dein in coma somnolentum, ex eo ad letargum pervenientes tandem apoplexiam incurrunt.

An etiam inde nascitur paralysis?

Affirmative, nam paralysis fit si liquidum nerveum in unum vel plures musculos non amplius influat ut inde motus vel sensus vel hi ambo simul in parte affecta sint aboliti; nasci potest talis paralysis æque in musculis spontaneis ac in musculis voluntariis, hinc fieri potest paralysis cordis ventriculi &c. nascitur talis paralysis quandocumque causa aliqua datur in cerebro vel in cerebello vel in decursu nervorum quæ impedit quo minus liquidum nerveum per unum vel plures nervos possit fluere hinc tum actio quæ a tali nervo in parte quadam exercebatur, aboletur diciturque tum paralysis.

An febres intermittentes uti & aliæ febres quoque ex hoc languido fluxu liquidi nervei nascuntur?

Affirmative, si enim sit languidus fluxus liquidi nervei circa cor, cor inde debilius contrahitur, et quia tum stimulatur a sanguine venoso affluente hinc celeris fit cordis contractio, inde primum stadium febris quod est cum frigore.

An etiam sanguis spissus mucosus vel atrabilaris ex hoc languore liquidi nervei nasci possunt?

Affirmative, sanguis enim non diutius manet fluidus, quam dum juste movetur, si nunc datur languor

 liqui-

liquidi nervei, debilitatur contractio cordis & arteriarum, inde languor circulationis, si tum homo accedit ad temperamentum phlegmaticum accipit sanguinem mucosum, si ad temperamentum melancholicum sanguinem atrabilarem.

Quænam causæ possunt plenarie impedire influxum liquidi nervei in partem aliquam ut inde fiat paralysis?

Evacuationes solitæ retentæ uti hemorrhoidum, menstruorum, aut alterius cujuscunque materiæ alias excerni solitæ, hinc in viris sæpius dum hemorrhoides supprimuntur, & sanguis excernendus ruit ad caput nascitur paralysis; fit etiam si ulcera consolidentur ut materies excernenda retineatur & differatur ad cerebrum & obstructiones faciat; fit etiam a scabie retropulsa &c.

Quænam sunt causæ quæ fluxum liquidi nervei languidum faciunt, ut inde febres intermittentes languor circulationis, affectus soporosi & similia nascantur?

Sanguis pituitosus, nam hic non potest suppeditare sufficientem materiem pro secretione spirituum hinc languor spirituum. dein talis languor systematis nervei sæpe nascitur dum prægessus fuit nimius motus & agitatio spirituum, hinc homines priori die ebrii vel nimium læti vel irati vel post venerem languorem in actionibus animalibus quin & vitalibus percipiunt. tertium magna ætas, nam ætate sensim consumuntur spiritus. quarto morbi prægressi præprimis acuti, tunc enim fit maxima agitatio omnium humorum hinc & spirituum, sed uti jam dictum est ex nimio motu liquidi nervei nascitur postea ejus languor, deinde in febribus

ſit nimia diſſipatio ſubtiliorum, hinc iterum debet naſci languor.

Quomodo curantur dicti morbi?

Reſtituendo iterum liberum influxum liquidi nervei, quod ut fiat reſpiciendum ſimul ad cauſas, hinc ſi V: G: paralyſis nata ſit a retentione alicujus materiæ excernendæ ea eſt evacuanda; deinde talia medicamenta ſunt danda quæ vim habent in ſyſtema nerveum penetrandi, motum ſpirituum excitandi uti V: G: vinum rhenanum, ſpiritus cort: aurant: ſpiritus vitæ matthioli, aqua meliſſæ magiſtralis, tinctura croci, cinnamomi, &c: ſi vero hic languor ſpirituum maxima pro parte dependeat a ſanguine inerti mucoſo tum & ea medicamenta ſimul ſunt danda, quæ humores craſſos attenuant, & circulationem augent, uti ſapo venetus, gummi ammoniacum, elixir proprietatis, tinctura myrrhæ, ſpiritus antiſcorbuticus, ſal volatile oleoſum &c. interdum optimi ſimul uſus ſunt medicamenta externa uti linimenta vel unguenta ſic.

℞ *Unguenti martiati unc:* I
olei infuſi ruthæ
caſtorei ā *unc:* ß
camphoræ
ſalis volatilis cornu cervi ā *dr:* ß
olei ſtillatitii caryophyllorum
majoranæ ā *gutt:* X
Ut fiat linimentum
Quo medulla ſpinalis ſæpius per diem illinatur.
Vel alia pars affecta.

Vel

℞ *Unguenti nervini unc: I*
olei infusi scorpionum dr: VI
menthæ
rorismarini ā drac: ß
Misce fiat linimentum

Vel

℞ *Aquæ lavendulæ unc: III*
salis volatilis cornu cervi dr: I
spiritus lavendulæ
rorismarini ā unc: I
tincturæ succini unc: I
Misce detur ad vitrum
De hac mixtura aliquoties per diem aliquid affricetur parti affectæ.

FINIS.

